

Sobre los comentarios salmantinos al artículo Décimo infalibilidad del sumo pontífice*

IGNACIO JERICÓ BERMEJO

Enseñaba fray Bartolomé Carranza desde Valladolid en el curso de 1540-1541 y decía: “*Por tanto, tenéis vosotros tres reglas infalibles que pertenecen a la fe. Es la primera la Iglesia universal, todos los cristianos. La segunda es el concilio general. Es la tercera el Sumo Pontífice. Y es de fe [proseguía] que las dos reglas primeras sean infalibles; pero no es de fe sobre la tercera que lo que sea. De todas formas, sería una temeridad decir lo contrario*”¹. Este párrafo de este profesor señala ya con toda rotundidad y de inmediato que, al igual que la Iglesia toda es infalible, también lo es el concilio general al definir de fe y de costumbres. Y esto lo dice este dominico convencido de que tanto sobre la Iglesia como sobre el concilio es tenida tal afirmación por todos los cristianos, a pesar de que ello no haya sido definido por el concilio general como de fe

¿A qué se deba, se preguntará alguno ahora, que no sea absolutamente de fe eso de que sea infalible la definición de fe del Sumo Pontífice sin el concilio general? Es que por entonces no admitían esa verdad como de fe los parisienses al opinar ellos que podía tratarse sólo de una opinión y ofrecían razones al respecto, quedando a la espera de lo que pudiera decidir al respecto el concilio general en un momento dado. Así las cosas, nunca se opusieron los parisiense a una verdad de fe. Se limitaron al respecto a opinar

* Sobre los artículos anteriores, Cf. *Archivo Teológico Granadino* 73 (2010) pp. 5-60; 74, (2011) 33-138

¹ “Habetis ergo tres regulas infallibiles in his quae pertinent ad fidem. Prima est ecclesia universalis: omnes christiani. 2.^a est concilium generale. 3.^a est summus pontifex. Et quod duae primae regulae sint infallibiles est de fide. De 3.^a autem regula non est de fide quod sit regula infallibilis. Esset tamen temerarium opositum dicere”. CARRANZA, B., *Roma. Biblioteca Apostolica Vaticana. Ott. lat. 4645*, fol. 17v.

que aquello no era de fe. La definición papal sin reunir el concilio general quedó definida como verdad de fe en 1870, durante el concilio Vaticano I (cf. DS 3073-3074). A partir de esta decisión nadie podía opinar ya al respecto. Era preciso creer. Todos habían de someterse a lo decidido por el concilio general. Se está ya con toda seguridad aquí ante una verdad de fe.

En el siglo XVI y entre los católicos nadie ponía en duda que correspondía ciertamente al Sumo Pontífice determinar últimamente la fe en la Iglesia. Santo Tomás defendió de hecho en el siglo XIII en la *Secunda Secundae* (q. 1, a. 10) que le correspondía al Papa redactar un nuevo artículo. Quien puede lo más, puede lo menos y como es más redactar un artículo de fe que una simple verdad de fe, debe decirse que es efectivamente capaz el Sumo Pontífice de definir la fe sin incurrir en error, infaliblemente, definiendo como verdadero lo que es verdadero y como falso lo que es falso. ¿Por qué no sostienen los salmantinos esta verdad abiertamente, sino que, como ya lo hiciera Carranza, hablan de opinión? Se podría decir que no quieren ellos arrojar leña al fuego en los tiempos precisos que corren en orden a no enemistarse con los parisienses. De todas formas, se ha de reconocer que esta salida convence sólo a medias. ¿Por qué hay que quedarse así y no pasar a decidir la cuestión?

Cuando se ha hablado anteriormente de que la Iglesia; es decir, el concilio general con el Papa, no puede equivocarse al redactar un artículo nuevo de fe o una proposición de fe, se ha expuesto una doctrina de la cual se tiene clara constancia de que ella es absolutamente firme ya que así ha procedido siempre la Iglesia y ésta no se puede equivocar en esa su acción. Por muy firmes que sean las razones para defender que, sin convocar el concilio, puede el Papa proceder a una definición de fe, incluso a la redacción de un artículo, no se cuenta todavía con la prueba de hecho; es decir, con la de que el Papa haya definido en tiempo alguno a solas, sin un concilio, al menos provincial. A esto se debe ciertamente que se le concede todavía peso a lo que defienden los parisienses, los cuales dicen que hace falta siempre el concilio al lado del Papa para redactaron definir.

PARTE PRIMERA. LOS TEXTOS ORIGINALES

Sobre los seis autores que aparecen en esta parte del estudio es preciso tener en cuenta una distinción. Vitoria y Soto son catedráticos de la Universidad de Salamanca y han de exponer allí la doctrina común. ¿Pueden ellos exponer en clase, incluso explicando desde las cátedras de Prima y de Vísperas que son de doctrina común, que el Papa es también infalible

al definir de fe sin el concilio general? Posiblemente, a este interrogante se debe el hecho de que los dos se muestran cautos en este campo y se limitan prácticamente a realizar una insinuación. Ninguna dificultad tienen para realizar esta enseñanza Carranza ni Cano. El primero explica en el colegio vallisoletano de San Gregorio donde se explica la Suma a puertas cerradas, para dominicos. Por su parte, Cano puede exponer a Santo Tomás en la Universidad de Alcalá al no ser obligatorio en su cátedra el limitarse a exponer la doctrina común. Ciertamente, ellos no tuvieron dificultad para exponer como quisieran esta problemática de la infalibilidad del Papa sin el concilio. ¿A qué se debe esta libertad, para éstos? A este respecto uno se permite señalar lo ya expuesto en el epílogo de lo que aquí dicho sobre el primado del Papa en lo que toca a Francisco de Vitoria.

1. Francisco de Vitoria (¿1534-1535?) Ms. 49

[fol. 27v] [...] [4.um dubium.] Sed arguerunt contra literam doctores ubi inquit quod ad summum pontificem expectat determinare res fidei. Sic argumentatur contra illud. Quia si per se papa potest determinare, ad quid colliguntur concilia. Et praeterea, nunquam papa fecit solus symbolum, sed cum concilio, ergo male dicit s. Thomas. Anteedens patet quia symbola quae habemus a concilio facta fuere.

[Solutio prima dubii.] Respondetur quod dato quod papa non possit errare, tamen oportet colligere concilium ad tollenda schismata et murmurationes. Nam dato quod papa sit talis auctoritatis quod non possit errare. Et tamen dicerent ignorantes quod ille est nequam. Et non sunt relinquenda omnia determinationi illius. Ideo congregantur patres.

[Solutio 2.^a] 2.^o dico quod quamvis ita sit quod papa non possit errare inde fidei, intelligitur faciendo diligentiam quam, si non faceret, erraret forsitan. Ideo oportet quod faciat quod in se est, nam sic non potest errare. Et ideo opus est ut consulat viros doctos et sanctos. Unde non oportet quod ad determinandum quae sunt propositiones advocet concilium, ut si contra aliquid insurgit haeresis, sufficit advocare aliquos viros doctos ad determinandum.

Et similiter [fol. 28r] in concilio oportet quod faciat quod in se est. Nam si con faciunt diligentiam, possunt errare illi qui congregantur. Sed in re gravi ita assistit Spiritus Domini quod nunquam permittit episcopos errare in his

quae sunt fidei. Et quomodo scimus ecclesiam non posse errare. Respondetur quod ex illo loco, Ego rogavi pro te, Petre, ne deficiat fides tua. Item Christus est caput ecclesiae. Ideo non permittet ipsam errare. Et sicut alias dixi, quod factum nunquam est, verisimile est quod non potuit fieri.

Cum ergo in concilio fuerint schismata, mali homines et pontifices, et nunquam determinaverunt falsum falsum, signum est ergo quod non potest errare. Et unde hoc scitis. Quia revelatum est quod ecclesia regatur Spiritu sancto, cuius caput est Christus, qui non permittit ecclesiam errare. Et sic primus articulus, primum principum, fidei est quod ea quae tenentur de fide sunt revelata a Deo et sunt vera et tenenda. Et oppositum est fundamentum totius mali et haeresum quae nunc sunt in ecclesia.

Dicetis si ecclesia non potest errare si faciat quod in se est, ergo non haberet in hoc magis quam ego vel episcopus, quia ego non errabo si facio quod in me est. Dicendum quod episcopus vel quaelibet privata persona poterit errare etiamsi fecerit quod in se est. Sed papa determinando propositionem de fide, proponendo illam credendam, non potest errare, ut probatum est secus de quacumque alia particulari persona.

2. Domingo de Soto (1539). Ott. lat. 782

[fol. 67r/296r] [...] [Lectio 13.]. Aliud dubium est postquam ecclesia habet auctoritatem condendi articulum fidei, utrum etiam papa solus habeat eandem auctoritatem. Haec quaestio iam est inter retores, nam concedentes quod ecclesia non potest errare, dicunt quod papa potest errare, et licet ecclesia posset explicare tanquam de fide sacram scripturam, non tamen papa. Quidam modernus, Castro, hoc late disputat in suo libro de haeresibus verbo concilium.

Ratio est quia papa potest esse haereticus, et totum concilium non potest incurrere haeresim. Item quia reperiuntur in decretis pontificum aliqua quae non tenentur tanquam de fide sicut alia die citavimus de Innocentio in capitulo gaudemus de divortiis, ubi videtur sentire quod Iacob mentitus est, et quod filii Israel furati sunt, sed Deus dispensavit id² illis. Et s. Thomas, immo Augustinus, tenet oppositum. Immo, aliquando est contradictio inter diversos pontifices, nam Caelestinus papa determinavit quod si alter coniugum incidat in haeresim, quod licet alteri transire ad secunda vota, ut habetur c. quanto de divortiis. Et Innocentius tertius determinavit oppositum, et ita tenetur. Ergo alter illorum erravit.

² Ms. eum.

Haec quaestio indiget longiorem disputationem. Sed pro nunc dicimus primo quod s. Thomas non est sollicitus in praesentiarum facere distinctionem inter papam et concilium, sed satis est quod ecclesia potest determinare articulum fidei. Dicimus secundo quod papa habet eandem auctoritatem condendi articulum sicut concilium, et hoc etiam praetendit s. Thomas ut etiam hic declarat dominus [fol. 67v/296v] Caietanus, etiamsi concilium esset supra papam.

Primo. Est expressum hoc in illo cap. quoties. 24. q. 1. quod quotiescumque dubium aliquod in fide emerit, recurrendum est ad Petrum. Et illud quod hic citat s. Thomas, Ego rogavi³ pro te et tu aliquando conversus confirma fratres tuos. Et certe confirmare fratres est securos facere de dubiis fidei. Et illud Ioha. 21.,⁴ Pasce oves meas. Et potissimum officium pastoris est instruere in fide. Item quia potestas papae est immediate a Deo et non ab ecclesia, mirabile est quod dicas daret illis⁵ supremam potestatem in ecclesia et non daret auctoritatem interpretandi scripturam. Et ultimo arguitur quia papa potest perfecte condere leges in quibus certi sumus quod regitur Spiritu Sancto, nec potest errare. Ergo eadem est ratio de articulis fidei.

Unde ad primum argumentum in contrarium, quod papa potest esse haereticus, concedimus tanquam particularis persona, sed non tanquam papa. Volo dicere quod potest habere aliquam haeresim. Tamen non permetteretur determinare illam tanquam de fide credendam populo.

Et ad 2.um eodem modo respondetur quod quando est dissensio inter decreta pontificum, non est dicendum quod aliquid eorum sit determinatum tanquam de fide quia pontifices aliquando loquuntur tanquam doctores. Et ita Caelestinus non determinavit tanquam de fide quod altero coniuge haeretico liceat alteri transire ad secunda vota, sed dixit tanquam doctor opinionem suam, sicut saepe fecit Innocentius, qui fit egregius doctor. Caietanus 2. p. apologiae de potestate papae c. 13. [egregie et copiosissime tractat hoc argumentum].

Est tamen hic dubium. Si papa potest facere articulum, quare nunquam fecit ipse solus. Videtur quod nunquam opus esset congregare concilium, et tamen de facto nunquam fecit sine concilio. Respondetur quod papa potest determinare articulum fidei consulendo sacram scripturam et faciendo quod est in se more humano. Aliter errasset sicut concilium ipsum. Et singularis persona in rebus humanis non facit quod in se est nisi consulat viros probos

³ Ms. rogabo.

⁴ Ms. 20.

⁵ *Illis*. Esta palabra hace referencia a los papas. Al parecer se ha olvidado el escribiente de precisarlo bien.

in rebus gravissimis. Et ad consulendos illos expedit facere concilium. Aliter populus scandalizaretur si videret quod papa per se res gravissimas determinaret. Et hoc est quod praetendit hic sanctus Thomas, ut patet in ratione sed contra.

[Lectio 14.] Ultimum tamen dubium est quid requiratur ad hoc quod aliquid habeatur pro articulo fidei, utrum satis est quod determinetur ab ecclesia vel utrum sufficit quod ecclesia receperit quomodocumque. Respondetur per propositiones.

Prima. Non sufficit quod aliquid suscipiatur et approbetur communiter ab ecclesia ut habeatur pro fide. Patet in primis de legendis sanctorum quae publice leguntur, et tamen non habentur pro fide; immo, multae sunt quae utinam essent verae. Item in capite sancta romana approbantur opera Augustini et opera Hieronymi et multa alia, et tamen non sunt de fide. Immo decretum est approbatum ab ecclesia non tanquam de fide ut putant domini canonistae. Nec habent maiorem auctoritatem opera Augustini quae sunt in decreto quam opera Hieronymi quae non sunt in decreto.

2.^a. Non sufficit quod aliquid sit dubitatum et disputatum in concilio et determinatum ad unam partem ad hoc quod habeatur tanquam de fide. Patet. In cap. maiores de baptismo et eius effectu fuit disputatum et determinatum quod in baptismo infunduntur virtutes; immo, videtur determinatum in favorem illorum qui dicunt quod sunt qualitates distinctae. Et tamen non est determinatum tanquam de fide, sed approbatum tanquam verior opinio illorum doctorum.

3.^a. Non sufficit adhuc ad hoc quod sit articulus fidei quod sit determinatum in concilio tanquam de fide, nam in concilio Carthagi determinatum est quod Christus habuit duas voluntates, et tamen non est articulus fidei. Probatur, quia articulos fidei quilibet tenetur expresse scire, et tamen non est peccatum quod rusticus ignoret quod Christus habuit duas voluntates.

Sed requiritur ad hoc quod aliquid sit articulus fidei quod sit determinatum et propositum omnibus ad credendum, itaque omnes teneantur scire sicut sunt articuli qui ponuntur in symbolo apostolorum. Immo proprie loquendo non omnia quae sunt expressa in symbolo nicaeno sunt articuli fidei quamquam sint de fide, sicut est illud quod Spiritus Sanctus procedit a Patre et Filio. Nam rustici hoc ignorantes non peccant.

Itaque aliud est esse de fide quod est revelatum pertinens ad religionem et quod si proponeretur alicui ab ecclesia, tenetur credere, sicut est totam sacram scripturam et determinationem conciliorum. Sed ad hoc quod sit articulus requiritur quod sit iam propositum omnibus ad credendum ut omnes teneantur scire.

Ultima propositio. Non omnia gesta ecclesiae necessarium est ut habeantur tanquam de fide, sicut canonizatio sanctorum. Non est simpliciter de fide quod sanctus qui canonizatur sit sanctus, sed tamen credendum est tanquam certum, quia esset maximus error quod ecclesia haberet pro sancto et funderet praeces ad illum qui non est vere sanctus. Et ita esset temerarium et grave peccatum contradicere in hoc ecclesiae. Sed tamen non est de fide, quia illud consistit in quodam⁶ facto. Videte quomodo symbolum Athanasii non proprie habet formam symboli sed cuiusdam doctrinae catholicae, et ideo receptum est tanquam regula fidei.

3. Bartholomé Carranza. Vat. lat. 4645⁷ (1540-1541)⁸

[fol. 14r] Sum dubium est an sumus pontifex in condendo simbolo, in diffiniendis rebus fidei possit errare. Intelligendum non de potentia logica. Et videtur quod possit errare. Probat. Sumus pontifex potest esse hereticus. Et fuerunt aliqui heretici ut Honorius, Anastasius, ut habetur de Honorio in concilio 6 constantinopolitano⁹, et de Anastasio d. 19 cap. Anastasius. Joannes 22 fuit¹⁰ sumus pontifex et compulsus est recantare palinodiam. Tunc sic sumus pontifex potest esse hereticus. Ergo potest errare. Consequentia est nota quia hereticus errat in fide.

In contrarium est quod dicit ibi d. Th., quod dicitur a domino Petro: ego rogavi¹¹ pro te ne deficiat fides tua, etc. Hec non solum dicta sunt Petro, sed eius successoribus. Ergo non potest errare sumus pontifex. Hec questio pro utraque parte videtur dubia.

Circa hanc questionem sunt due extreme positiones. Una que tenet quod sumus pontifex potest errare. Hanc tenet ferme tota scola parisien. Tenet etiam Almain et alii. Adrianus in 4. in sacramento confirmationis dicit non solum posse errare, sed quod de facto ita est. Hanc etiam sententiam sequuntur omnes heretici germani. Erasmus super epistolam 1 ad Cori. et in scolio 115 super epistolas Hieronimi tenet etiam quod sumus pontifex potest errare.

⁶ Ms. *quoddam*.

⁷ La transcripción de este manuscrito se atiene por lo general a lo escrito.

⁸ De Bartolomé Carranza sólo se transcribe aquí el texto del Vat. lat. 4645. Sería demasiado largo transcribir el texto de la tercera controversia editada en 1546 en Venecia y que comienza con la siguiente pregunta: Utrum sit certa regula rerum ad fidem pertinentium sententia et definitio Apostolicae sedis, sive Episcopi Romani in ea praesidentis. Esta controversia se halla en los folios 697b-702b de la obra titulada así: *Ad sacrosancta concilia a PH. LABBEO et G. GOSSARTIO edita apparatus alter, XIII*. Venetiis 1728.

⁹ Ms. nepolitano.

¹⁰ Sigue letra tachada.

¹¹ ms. rogabo.

Alia sententia est aliorum catholicorum: quod sumo pontifici in rebus fidei nunquam dominus permittet errare. Ita tenet d. Th. et alii. Bifariam tamen potest hec sententia interpretari. Quidam dicunt quod statim quod proponatur propositio aliqua sumi pontificis non intelligunt quod in illa diffinienda non possit errare, sed requiritur quod consulat viros probos et justos et consular cardinales, et si hoc fecerit dicunt: non potest errare quomodocumque definiat, sive premissa oratione et consultatione sive non, dominus non permittet errare, et erit verum quod ipse diffinierit.

Pro distinctione istius questionis suponemus duo. Primum est quod pertinacissimi ingenii est querere equalem demonstrationem in rebus omnibus. Non ergo querenda est demonstratio nisi secundum qualitatem rei. In hac materia argumentabitur ex autoritate sanctorum et rationibus probabilioribus. 2um est quod juxta sententiam sanctorum sunt intelligenda loca sacrae scripture. Heretici enim¹² retorquent sensus sacre scripture in suam sententiam. Viri autem optimi et sancti et concilia per contrarium sequuntur sensum sacrarum litterarum, ut patet in concilio milevitano ubi verbis Ambrosij et Augustini nititur illud contilium probare intelligentiam sacrarum literarum.

[fol. 14v] De hac questione etiam nostris temporibus est ambiguitas, et ideo adducam sententiam pontificum veterum [antiquitus nunquam dubitatum est]¹³ et conciliorum de hac questione.

Primo Anacletus pontifex in decretis suis de iudiciis dicit et precipit quod difficiliores causas deferantur ad sedem apostolicam detrimandas quia hoc precipit dominus et salvator. Et ita dixit Petro: tu es¹⁴ Petrus et super hanc petram etc. Idem diffinit Evaristus: ad sedem apostolicam sunt omnia referenda si normam prudentiae velimus sequi. Idem dicit Alexan. 3 in suis decretis: dispositiones sacrarum causarum et negotia omnium ecclesiarum huic sancte sedi traddite sunt a domino: tu es Petrus et super hanc petram, etc. Item Lucius¹⁵ pontifex. Et Marcus et Marcellus in suis decretis idem dicunt.

4^o est notandum quod Julius 2us sumus pontifex ditissimus et sanctissimus in quadam epistola ad Athanasium notat ibi quod ille cause de quibus erat questio inter episcopos erant deferende ad sedem apostolicam, et dicit quod non solum episcopi debeant sumo pontifici consulere, sed etiam concilia in rebus dubiis debent, dicit, etiam consulere. Adducit iste pontifex in ista epistola rationem d. Th., quia sumus pontifex est caput totius ecclesie. Ergo etc.

¹² Sigue letra tachada.

¹³ Al margen izquierdo, con indicación.

¹⁴ Ms est.

¹⁵ Ms. Lucidus.

Primum est maxime annotandum quod episcopi¹⁶ africi postquam celebrarunt concilium statuerunt ut convenirent sumo pontifici ut corrigeret et emendaret que ipsi¹⁷ definuerunt vel etiam confirmaret. Invenietis hec in conciliis Africe celebratis. Item Damasus respondens his episcopis dicit quod sic¹⁸ habetur usus universalis ecclesie ut sumas causarum absque autoritate pontificis¹⁹ non libeat diffinire, sed ad sumum pontificem sint deferende. Est etiam notanda epistola concilii milevitani ad Damasum ubi dicitur: humiliter ad sedem apostolicam confuginus ut eius sententiam videamus. Idem dicitur in responsione Damasi ad concilium: ita fiebat antiquitus, nunquam versum fuit in dubium, nam concilia semper consulebant sumo pontifici. Ergo videtur quod sumus pontifex non possit errare.

[2° arguitur ex decretis.] ²⁰Item probatur ex decretis. Consulite dis. 17 et 19 usque ad distinctionem 24. Per omnes has distinctiones hoc fusius tractatur et in 25 questione 1 etiam hoc idem tractatur, et dis, 80 cap. urbes. [fol. 15r] Omnia que ibi adducuntur sunt testimonia sanctorum. Item extra de electione cap. significasti. Item de baptismo ca. Maiores ex concilio latenarensi²¹. Ibi Inno. 3us adducit ex concilio duo testimonia. Primum est illud Math., tu es Petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam et porte inferi non prevalebunt adversus eam. Alterum testimonium est Luce 22: ego rogavi²² pro te ne deficiat fides tua. Tu aliquando conversus confirma fratres tuos. Hoc non solum dictum est Petro, sed ejus successoribus.

[3um argumentum ab autoritate sanctorum.] 3° sunt argumenta ex autoritate sanctorum. Primo d. Ambro. in lib. de excessu fratris sui Satiri cap. 7 et in decretis 24 q. 1 cap. advocavi, et eadem causa q. 1. cap. quem digno, et aliis multis locis adducitur Ambrosius in decretis. D. Aug. prim lib. Retractionum cap. 21 citat Ambrosium etiam et Ciprianum in epistola ad Quintum fratrem. Item Ciprianus lib. epistolarum ad Damasum et Cornelium pontifices. 3° d Hiero. declinat in hanc sententiam multis in locis. Primo in lib 2 contra Iovinia. tomo 3 fol. 16 dicit quod ecclesia supra petram fundatur et quod propterea unus inter 12 fit caput ut tollatur scisma. Ergo etc. Ita super Isai. super illud: erit preparatus²³ mons domini super vertice montium, etc., cap. 16 exponit quod adducet ad papam qui est mons. Consulite Augustinum, et in epist. 160 ad Paulinum et in epistola 162 dominus dilectionis.

¹⁶ Sigue palabra tachada.

¹⁷ Ms. ipse.

¹⁸ Sigue letra tachada.

¹⁹ Sigue palabra tachada: sint.

²⁰ Al margen izquierdo, sin indicación.

²¹ Sigue palabra tachada.

²² Ms. rogago.

²³ Ms. preparatum.

D. Th. in lib. contra errores grecorum citat Cirilum patriarcho alexandrino et Cirilum alium in lib.²⁴ Item citatur concilium calcedonen. Preterea Caye. in opusculo de primatu ecclesie romane in cap. 14²⁵ citat Gregorium et Bedam et Chrisostomum super Matheum homilia 55, et etiam d. Bernardum. Potestis consulere Rophensem²⁶ et etiam Equium qui plurima adducunt testimonia sanctorum etc. Ex his omnibus patet quod papa est regula infalibis.

[4° ab autoritate scripture.]²⁷ 4° probatur quod pontifex non possit errare testimoniis sacre scripture. Primo Deut 17: si difficile et ambiguum iudicium tibi feceris, veniens ad sacerdotes levitici generis et ad iudicem qui illo tempore fuerit et facies eorum sententiam, si autem homo fuerit qui non obediret, peribit homo ille etc Sic arguitur: dominus providit in vetero testamento de iudice qui determinet dubia. Ergo multo magis in nova lege providit de tali iudice qui determinet et iudicet cor ecclesie de his que ibi proponuntur. Hic est sumus pontifex caput ecclesie.

[fol. 15v] 2° probatur hoc Ioa. 11, cum colligissent pharisei ut perderent Iesum, Caiphias dicit: Expediit ut unus homo moriatur, etc. Inquit evangelista quod prophetavit cum esset pontifex anni allius. Ergo Spiritus sanctus etiam per malos ministros inspirat quid sit faciendum. Ergo cum nunc sint pontifices, in pertinentibus ad ministerium suum deus assistit illis. Ergo etc.

3° probatur aliis duobus testimoniis que faciunt magnam vim. Primum est Math. 16: quem dicunt homines esse filium hominis, etc. Respondet Petrus: tu es Christus et Filius dei vivi, etc. Dicit dominus: tu es Petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam, etc. Et quodcumque solveris super terram erit solutum in celis. Sic arguitur. Nullus potest dubitare quod Petrus possit errare, ergo nec successores. Probatur. Quia quodcumque solveris super terram non solum dictum est Petro, sed successoribus. Ergo tu es petrus et super hanc petram, etc., dictum est successoribus, etc.

Alterum est Luce cap. 22: Ego rogavi²⁸ pro te Petre ut non deficiat fides tua, tu aliquando conversus confirma fratres tuos. Hoc dictum est non solum Petro, sed successoribus. Ergo etc. Antecedens patet, quia Petrus quando negavit dominum perdidit fidem. Ergo dictum est illi tanquam ministro: [Ego rogavi²⁹ pro te ne deficiat fides tua, nam alias falsum est dixisset dominus]³⁰.

²⁴ No consta el posible número.

²⁵ Siguen letras tachadas.

²⁶ Ms. Rophense.

²⁷ Al margen izquierdo, sin indicación.

²⁸ Ms. rogabo.

²⁹ Ms. rogabo.

³⁰ Al margen decho, con indicación.

Item ratione probatur. In his que sunt fidei tenemur obedire sumo pontifici. Ergo non potest errare. Probatur consequentia quia si ille, erraret tota ecclesia cum teneatur illi obedire. Consequens est falsum. Ergo. Antecedens probatur ex concilio latera. in decretali cap. maiores ecclesie cause ad sumum pontificem sunt defferende. Ibi adducunt supra dicta duo testimonia.

Ad hoc argumentum iuniones contendunt respondere quod regulariter majores cause ad sumum pontificem defferende, non tamen semper. Almain dicit quod debemus consulere sumum pontificem quia ad illum spectat congregare concilium. Sed haec non satisfaciunt nam primum est decretum contratestatum concilii, nam dicunt quod maiores ecclesie cause ad pontificem sunt defferende, non ibi dicitur quod regulariter.

Ad illud quod dicit Almain respondetur etiam quod non habet verum, nam non potest facile congregari concilium. Item esset vanissimum ad singulos hereticos condemnandos congregare concilium, nam unoquoque anno congregaretur. 2º probatur quod teneamur obedire pontifici ratione d. Th. quia si non teneremur sumo pontifici obedire, esset scisma in ecclesia, quod est maximum inconveniens. Ergo. 3º probatur. Ex usu antiquissimo ecclesie est observatum in ecclesia quod omnes fideles obtemperant sumo pontificem. Item omnes ferme heretici sunt condemnati a sumo pontifice prius [fol. 16r] et postea. Quando congregatur concilium, confirmabatur quod sumus pontifex diffinierat. Ergo in rebus fidei tenemur pontifici obedire.

Nunc est dubium in quo gradu sit habenda ista conclusio. Ad hoc primum annotate illas duas propositiones, quas supra posuimus, scilicet quedam erant quod quomodocumque sumus pontifex determinaret aliquid fidei non potest errare. Alia est quod adhibita diligentia et oratione et consultatione alicujus non potest errare quia post hec sequitur divinum auxilium. Ex his duobus positio 2ª videtur mihi probabilior, nam si sumus pontifex esset malus et temere se precipitaret, fortasse Deus permetteret illum errare. 2º hec propositio non est vera quod opositum sit hereticum. Nam tenent multi catholici. Tenuit Adrianus pontifex, vir gravis et doctus. 3º dico quod hoc est multum verum licet non sit hereticum. Et opositum dicere est temerarium quia contra communem modum loquendi pontificum et conciliorum licet non sit determinatum tanquam de fide.

Sed est dubium si est adhibenda diligentia a sumo pontifice [et concilio]³¹ ut diffiniat aliquid. Ergo possumus nos dubitare an erraverit vel non. Probatur quia possumus nos dubitare an erraverint vel non. Probamus quia possumus dubitare an adhibuerit diligentiam. Ad hoc negatur consequentia quia nos

³¹ Al margen derecho, con indicación.

firmiter et ex fide debemus tenere quod pontifex et concilium adhibent diligentiam quia Deus qui providet de fine, providet de medijs ad finem.

Sed contra hoc arguitur. Quia sequitur quod sumus pontifex non haberet maiorem potestatem ad definiendum quam unus nostrum. Probatur quia si aliquis faciat quod in se est, non deseretur a domino. Ergo non potest errare. Ad hoc negatur consequens. Primo. Quia stat quod aliquis nostrum agat quod in se est et tamen erret in rebus fidei, sine culpa tamen. 2^o quia Christus dominus assistit pontifici ut suum officium exerceat unde in eo non potest errare. Particulari autem christiano deus in hoc non assistit quia non³² est eius determinare fidei, unde potest errare.

Respondetur postremo ad obiecta que talia sunt pontifices erarunt, ergo etc. Primo Ioa. 22 diffinivit quod anime iustorum non viderent deum ante diem iudicii. Ergo etc. Item extra de hereticis³³ Inno. 3 et Celestinus sustinuerunt contraria cap. quando.³⁴ Inno. dixit quod quando aliquis coniugum labitur in haeresim non dissolvitur matrimonium. Celestinus diffinivit oppositum. Ergo. Item Pelagius³⁵ q. 31 ante trienium diffinivit quod diaconi abstinerent ab uxore leginime ducta. Hoc retractavit Gregorius post quia repugnat cum evangelio.

[fol. 16v] Item est commune exemplum de sponsa duorum cap. licet. Ibi Alexander 3 et pontifex sequens diffinierunt contraria. Nam quidam dixit quod si contraherentur duo matrimonia ab aliquo homine et unum esset consumatum et aliud non consumatum, non consumatum dirimebat a consumato. Alter dixit oppositum. Ergo etc.

5^o Nicolaus pontifex in extravaganti de verborum significatione exit qui seminat in 6 dicit quod Christus nec in communi nec in particulari aliquid possedit quod est error, nam habuit oculos. Item Ioan. vigesimus 2us diffinivit contrarium ex eodem titulo in extravaganti cap. inter nonnullos. Ergo pontifex potest errare.

Pro solutione horum notate quod aliud est pontificem errare tanquam personam privatam ut doctores scribendo libros. Aliud est³⁶ errare in suo officio tanquam pontifex determinando aliquid tanquam de fide. Primo modo potest sumus pontifex errare. 2^o autem modo non potest quia deus illi assistit.

His suppositis ad argumenta: omnes isti pontifices errarunt, distingo. Tanquam persone private scribendo, concedo. Tanquam pontifices determinando res fidei, et sic nego.

³² Non.Falta en el manuscrito.

³³ Ms. heretis.

³⁴ Sigue letra tachada.

³⁵ Pelagius. Al maargen, con indicación.

³⁶ Sigue palabra tachada.

Hoc suposito ad illud de Joa. 22 qui predicavit animas non videre deum ante diem iudicij aliqui dicunt quod postquam fuit pontifex, hoc non tenuit. Sed hoc est falsum, nam cum erat³⁷ pontifex recantavit palinodiam³⁸ et diffinivit contrarium. Ad illud de Inno. de divortiis cap. quando respondetur quod Inno. ibi non diffiniebat aliquid certum.

Ad 3um de Alexandro qui dixit valere matrimonium licet aliter predecessores iudicaverunt respondetur. Dicere quod iudicaverunt non est dicere quod diffinierunt sed quod aliter senserunt [tanquam persona privata sicut Iacobus iudicavit, id est sensit, scilicet quod gentes abstinerent a sanguine et suffocato]³⁹ in cap. finali ejusdem tituli iam citato. Potestis hoc videre.

Sic debet responderi ad illud dist. 31⁴⁰ cap. ante trienium quod nulla fuit ibi diffinitio. Ad illud Nicolai in extravaganti dicitur quod nunquam Nicolaus diffinivit quod Christus et apostoli non posederunt aliquid. Falso enim illi imposuerunt hunc errorem, nam in illa extravaganti dicitur quod Christus exercuit in se vitam perfectorum. Interdum tamen imperfectorum⁴¹ personam aliquando suscepit in oculis ne videretur hunc statum damnare. Et sic isti pontifices non diffinierunt contrarium.

Arguitur alio genere argumentorum. Si papa non potest errare in rebus fidei, ergo non oportet congregari concilia et frustra congregantur. Probatur quia summus pontifex est ad manum et non potest errare. Ergo frustra concilium congregatur cum sumus pontifex optime diffinire quecunque. [fol. 17r] Confirmatur quia quorsum appellamus a pontifice diffinienti ad concilium, non oportet appellare si sumus pontifex non potest errare. Item a romano pontifice appellatur ad eundem pontificem ut rectius consulat. Ergo etc.

2º arguitur sic. Si romanus pontifex non potest errare, ergo in suis diffinitionibus ligavit succesores et ecclesiam universalem. Consequens videtur falsum quia per in parem parem habet potestatem. Sequela probatur quia si est de fide quod determinat et non potest errare, ergo ligat succesores ne aliter possint diffinire. Item sequitur quod romanus pontifex factus hereticus non posset pugnari nec deponi ab ecclesia. Consequens est falsum ut patet. Experientia. Sequela probatur quia si non potest sumus pontifex errare, dicitur quod verum est quod ipse dicit. Et si aliquid testimonium

³⁷ Ms. errat.

³⁸ Ms. palinodium

³⁹ Al margen izqueirdo, con indicación.

⁴⁰ Sigue letra tachada.

⁴¹ Sigue palabra tachada.

asseratur in reprobationem, retorquebatur in suum sensum. Ergo non poterit pugnari nec deponi cum ipse sit iudex et teneamus quod non potest errare.

3^o videtur durum quod Christus dominus fecerit regulam quam debeat sequi tota ecclesia⁴² unum hominem qui possit esse hereticus, nam regula debet esse sui regula et aliorum. Ergo sumus pontifex non est regula infalibilis.

Ad hec respondetur. Ad primum: quod non necesse erat congregari concilium, negatur. Ad quem effectum. Respondetur quod ad multos effectus, nam concilium Hiero. congregatum fuit licet omnia illa que ibi definita sunt fuerunt demonstrata Petro a domino et poterant ab illo diffiniri. Sed congregatum est ut precibus sanctorum dominus assisteret. Ita modo debet congregari concilium in rebus gravibus ut omnes dominum consulant et ab omnibus diffiniantur ut melius heretici convincantur.

Ad 2um⁴³ respondetur quod sumus pontifex traddendo et diffiniendo res fidei non ligat successores, sed deus ipse ligat qui pontifici assistit. Ad conclusionem negatur sequela. Ad probationem respondetur quod vel errat circa determinata vel circa ea que sunt in sacra scriptura vel circa alia non determinata. Si circa duo prima, iam est hereticus⁴⁴ et potest deponi a concilio. Si circa 3^a⁴⁵, non est hereticus donec determinetur. Et si habet animum subiiciendi se ecclesie aliter determinanti, non errat. Si autem pertinaciter contra ecclesiam opponatur, debet deponi.

Ad 3um dicendum quod sumus pontifex iuxta naturam suam potest errare et etiam concilium et ecclesia quia omnis homo mendax. Si autem sumatur quatenus illi assistit Spiritus sanctus, dicemus quod nunquam erravit et sic erit regula infalibilis.

[fol. 17v] Habetis ergo tres regulas infalibiles in his que pertinent ad fidem. Prima est ecclesia universali: omnes christiani. 2^a est concilium generale. 3^a est sumus pontifex. Et quod due prime regule sint infalibiles est de fide. De 3^a autem regula non est de fide quod sit regula infalibilis. Esset tamen temerarium oppositum dicere.

Sed est dubium an Deus assistat ecclesie, concilio et pontifici, sicut assistebat evangelistis et prophetis. Sicut sic. Ergo que diffiniuntur erit sacra scriptura. Si non, quomodo ergo assistit? Ad hoc respondetur quod aliter assistit concilio, ecclesie et summo pontifici quam prophetis et evangelistis.

⁴² Ms. ecclesiam.

⁴³ Sigue palabra tachada.

⁴⁴ Sigue palabra tachada.

⁴⁵ Ms. 2^a.

Est enim differentia, nam⁴⁶ evangeliste et prophete in tradendis rebus fidei imediate se habebant ad deum et imediate a Deo erant afflati, unde ad credendum et diffiniendum non opus erat illis signis aut testimoniis, quia imediate sugerebat Spiritus divinus. Concilium autem et ecclesia et summus pontifex non sic docetur Deo imediate, sed docentur per sacras scripturas. Unde ad hoc quod aliquid diffiniret debent consulere sacram scripturam. Unde infertur quod que tradebant apostoli et prophete erant nova sacramenta que non erant⁴⁷ in sacra scriptura, ut que sit materia sacramentorum, etc.

2º infertur quod determinata a sumo pontifice et ecclesia non sunt sacra scriptura licet ita esset hereticum negare illas, sicut negare sacram scripturam. Que tradita sunt autem ab apostolis et prophetis sunt sacra scriptura ab Spiritu sancto dictata.

Si arguas contra hoc quod que habentur in cap. 15 Actuum de concilio Hiero. non erunt sacra scriptura quia ibi consuluerunt dominum et fecerunt eas diligentias quas modo facit concilium, ad hoc negatur sequela quia illa traddidit evangelista Lucas sicut traddidit suum evangelium. Et ita erit sacra scriptura sicut ipsum evangelium.

Est hic dubium quomodo cognoscemus quod determinetur aliquid per pontificem tanquam de fide.

Ad hoc respondetur quod non sufficit quod pontifex dicat quod diffinit, legatur in ecclesia, ad hoc quod sit de fide, quia isto modo precepit Urbanus quod legeretur tota doctrina d. Th. in tota ecclesia, et aprobabit et confirmavit illam. Non tamen ex⁴⁸ sacra scriptura.

2º non sufficit ut precipiatur in decretalibus ad hoc quod aliquid sit de fide. Multa enim precipiuntur que non sunt de fide.

[fol. 18r] 3º dico quod ad hoc quod sit de fide aliquid non sufficit quod illud diffiniatur concilio aliquo. Probatur quia plurima tradduntur in conciliis et diffiniuntur que non sunt de fide. Ergo etc.

4º. iuxta communem omnium sententiam et iuxta stilum conciliorum et romanorum pontificum tunc determinatur aliquid de fide quando dicitur: hoc determinamus tanquam de fide, et⁴⁹ oppositum tenere⁵⁰ ait, est hereticum vel erroneum vel temerarium. Ita habetur in bula Leo. 10 contra Luthe. et in concilijs quando determinatur aliquid tanquam de fide, ut est videre in omnibus.

⁴⁶ Sigue palabra tachada.

⁴⁷ Ms. errant.

⁴⁸ Ms. est.

⁴⁹ Sigue palabra tachada.

⁵⁰ Sigue palabra tachada.

Sed est dubium an in rebus que non pertinent ad fidem sumus pontifex aut generale concilium sit infalibilis regula. Ad hoc dico duo breviter. Primum est quod omnes sancti doctores addunt ad primum iam determinatum quod in pertinentibus ad bonos mores et ad gubernationem christianam etiam non potest errare nec pontifex nec concilium. Probant quia si in his que pertinent ad bonos mores erraret, videtur etiam in his que sunt fidei errare cum boni mores plurimum conducant ad fidem. Ergo etc.

1º deus sufficienter providit christianis que sunt necessaria ad vitam eternam. Sed si sumus pontifex erraret in his que pertinent ad mores, cum sint necessarii ad vitam⁵¹ Deus non sufficienter providisset de necessariis ad vitam eternam. Ergo etc.

2um est quod in non pertinentibus ad fidem nec ad bonos mores, Deus non assistit pontifici nec concilio. Et sic potest errare. Hoc probatur quia Deus dixit Petro: ego rogavi⁵² pro te ne deficiat fides tua. Non dixit: opinio. Ergo etc.

Sed est dubium an id quod exercetur in ecclesia, scilicet canonizare sanctos, an in hoc possit errare. Ad hoc d. Th. in quodlibeto movet hoc et dicit quod pium est credere in canonizatione quod nunquam erraret, et tamen non est hereticum dicere quod possit errare. Hec dicit d. Th.

Nos dicimus quod in hoc non errat sicut non errat in his que pertinent ad bonos mores. Nam proponere quod colatur homo tanquam sanctus pertinet ad bonos mores. Contra bonos mores esset adorare pessimum hominem. Ergo non potest errare in hoc. 2º probatur quia cautum est in ecclesia ne pro martire aliquo quis possit errare. Inquit Inno. 3 quod injuriam facit martiri, nam non indiget nostris precibus. Sed male prohiberetur si ille indigeret nostris precibus, quod non possemus iuvare⁵³ illum nostris precibus. Ergo sumus pontifex non errat in canonizatione.

[fol. 18v] Verum est quod est hereticum dicere quod in hoc sumus pontifex potest errare. Ratio est quia sumus pontifex inititur humanis testimoniis que fallibilia⁵⁴ possunt esse. Credendum est autem et firmiter tenendum quod Deus in huiusmodi non permittet pontificem errare.

Suboritur dubium. Diximus quod nec sumus pontifex nec concilium potest errare. Dubium est. Si concilium disentiatur in re aliqua fidei a sumo pontifice ut inter concilium Constan. et Gregorium 10, cui est standum.

Ad hoc respondetur quod hactenus nunquam visum et quod inter concilium generale rite congregatum et sumum pontificem fuit differentia

⁵¹ Siguen palabras tachadas.

⁵² Ms. rogago.

⁵³ Ms. jubare.

⁵⁴ Sigue palabra tachada.

in rebus fidei. Probatur quia eodem modo posset esse differentia inter pontificem et universalem ecclesiam quod est impossibile. Ergo etc. Quod sit impossibile probatur quia universa ecclesia non pendet ab aliquo et uno homine; scilicet, a pontifice, nam isto mortuo remanet tota ecclesia, in qua non potest esse aliquis error. Ergo etc.

2^o dico quod si dicitur concilium in quo maior pars concilii sit contra summum pontificem, sumus pontifex stat pro alia parte cum aliquibus, in tali casu non est assentiendum maiori parti concilii, sed cum sumo pontifici et minori parte. Probatur, quia concilium non habet robur nisi congregetur autoritate papae. Ergo illi standum est, quia quod ipse cum paucioribus diffinuerit erit de fide.

4.^a questio erat an sacre scripture essent infallibilis regula ad fidem christianam. Ad hoc supponamus omnes libros qui sunt in sacro canonne esse regulam infalibilem quia dictati sunt a Spiritu Sancto. Quod hic habetur dubium est utrum sacra scriptura sit prima regula per quam pontifex et concilium regulentur in diffiniendis rebus fidei vel ecclesia et pontifex sit regula per quam sacra scriptura reguletur.

Et videtur quod sacra scriptura sit prima regula, quia credimus per revelationem. Sed que continentur in sacra scriptura sunt a Deo revelata omnia. Ergo sacra scriptura est prima regula. In opositum est autoritas d. Augustini: evangelio non crederem⁵⁵ nisi comendaretur autoritate ecclesie. Ergo ecclesia est prima regula.

Ad hoc respondetur primo quod aliqui dixerunt sacram scripturam fuisse primam regulam. Hoc tenuit Lutherus cum germanis, et quod sumus pontifex et concilium sunt audiendi in rebus que probantur per sacram scripturam et non aliter, quia per sacram scripturam fit revelatio. Sumus autem pontifex et concilium non sunt apostoli nec prophete, quibus fiat revelatio. [fol. 19r] Probant⁵⁶ hoc ex Deut. ubi dixit dominus quod facerent iudei que docerent sacerdotes iuxta legem. Ergo sumi pontifices quecumque precipiunt debent precipere iuxta sacram scripturam.

Sed omisa hac opinione quamvis habeat aliquam apparentiam, respondetur quod ecclesia est prima regula et sacra scriptura debeat per eam regulari et non e contra. Hanc conclusionem probat Ioannes Equio in enchiridio in principio. Probat evidentibus argumentis que faciunt fidem mihi. Primum. Christus redemptor missus a Patre creavit ecclesiam et nullum constituit librum, nec precepit apostolis ut scriberent. Et tamen tunc erat ecclesia. Solum dixit: predicate evangelium. Non dixit scribite. Ergo.

⁵⁵ Ms. crederent.

⁵⁶ Sigue palabra tachada.

Item quia evangelium lex nova non est lex scripta, sed vocalis predicatio. In hoc differt a lege veteri. Probatur Jer. 31: post dies illos, dicit dominus, ego dabo legem meam scriptam in cordibus eorum. Ergo etc. Item Pau. ad Hebr. idem probat. Item ad Cor. 2 cap. 3: epistola mea vos estis. Ergo etc. Potestis consulere d. Chrisostomum super Matt. homilia prima ubi hoc probatur elegantissime.

2º probatur quia ecclesia est antiquior scriptura. Ergo ecclesia est prima regula. Antecedens patet. In lege veteri antequam esset scriptura erant boni veri in ecclesia. Item in lege nova erant apostoli et nulla erat scriptura.

Item confirmatur quia scripture succedentes habebant auctoritatem ab scribentibus, scribentes autem habebant auctoritatem ab ecclesia, quia erant membra ecclesie. Ergo ecclesia est prima regula.

Item confirmatur ex Deut 17⁵⁷. Dixit dominus: cum dubium aliquid decurrerit⁵⁸, accedite ad sacerdotem, etc. ecclesie. Non dixit: accedite ad legem, sed ad sacerdotem, tanquam ad verum iudicem. Ergo etc.

Item arguitur. Ecclesia visa est facere aliquid contra scripturam et preter scripturam. Ergo maioris auctoritatis est ecclesia. Antecedens patet quia scriptura precipit baptizare in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Oppositum autem factum est in ecclesia quando aliquando batizavit tantum in nomine Christi. Ergo etc.

Item, quia scriptura [Actuum 15]⁵⁹ preceperat quod gentes abstinerent a suffocato. Modo autem hoc non fit. Ergo. Item scriptura dicit: sabbatum sanctificabis. Ecclesia autem mutavit sabbatum in diem dominicum. Ergo etc. [fol. 19v] Item dominus dicit: non veni solvere legem, sed adimplere. Apostoli autem dixerunt omnia legalia cessasse⁶⁰. Ergo etc.

Preterea multa sunt que pertinent ad legem christianam que non sunt in scriptura, ut de descensione domini ad inferos⁶¹, de procesione personarum in divinis. Ergo etc. Confirmatur, quia sunt multa que pertinent ad fidem que nec expresse nec obscure continentur in sacra scriptura.

Probatur quia Thes.⁶² 2 epistola cap. 2º inquit Paulus: habete que diximus vobis, sive per sermonem sine per epistolam. Ecce dixit per sermonem, ergo etc. Item Ioan. 2 canonica: Plura habens ad vos scribere nolui dicere per

⁵⁷ Ms. 37.

⁵⁸ Ms decurrerit.

⁵⁹ Al margen derecho, con indicación.

⁶⁰ Ms. cessase.

⁶¹ Ms inferis.

⁶² Ms. Thi.

cartam nec atramentum, quia spero venire ad vos et [os ad os loqui vobis. Ergo multa habet ecclesia non a sacra scriptura]. Et hoc dicit Inno. celebracione missarium cap. cum Marthe.

Manet ergo probatum quod ecclesia est prima regula. Hinc infertur quod graviter errent qui in pertinentibus ad fidem et bonos mores petunt auctoritatem sacre scripture que hoc expresse asserat. Sint hec satis in hac 4.^a questione.

4. Melchor Cano. Ms. B (1544)

[fol. 12r] [...]Dubium grave venit ad disputantum an summus pontifex possit errare in fide. Et solet poni duplex error. Alter personalis. Alter iudicialis. Non ergo vertitur in dubium an possit personali errore errare, quia Honorius papa fuit haereticus, ut habetur dist. 19. cap. Anastasius.

Sed hic quaeritur an papa possit definire aliquid contra fidem et ecclesiae credendum proponere. De quo prima parte, quaest. Prima, art. 8. Hic tamen duo argumenta in contrarium se asserunt. Primum. Quod Nicholaus ad consultam Bulgarorum de confirmatione dist. 4. cap. a quodam iudaeo definit quod si quis in nomine Christi baptizaretur, etiam rebaptizari non debet, cuius oppositum Pelagius papa in epistola ad Gaudentium episcopum definit, cuius verba habes dist. eadem, cap. multi et cap. si revera, quae eodem cap. ex eadem epistola sunt desumpta. Et Zacarias papa cap. in synodo dist. eadem.

2°. Gregorius pontifex in epistola ad Bonifatium episcopum qualis habetur primo tomo conciliorum, et s. Gregorius in epistola ad Augustinum Cantuariensem archiepiscopum quae habetur primo tomo conciliorum definit quod si mulier infirmitate correpta non valuerit marito suo debitum reddere, bonum quidem esset ut sic permaneret ut abstinentiae vacaret, sed quia hoc magnorum est, ille qui se non poterit continere ducat aliam uxorem, non tamen subsidii opem subtrahat priori coniugi quam infirmitas perpendit non detestabilis culpa excludit. Et quod hoc definiendo dicat patet in principio epistolae, ubi inquit in quibus scitatus est qualiter haec sancta apostolica romana ecclesia: Bene satis scilicet fecisti, quia beatus Petrus apostolatus et episcopatus extitit et consulentibus tibi de statu ecclesiae, non ex nobis quasi ex nobis, sed ex gratia quid tenere debeas apostolici doctrina vigoris edocemus. Est autem error in fide dicere quod si uxor incidat in infirmitatem vir possit secundas nuptias illa vivente transire. Ergo.

3°. Arguitur in argumento ultimo posito prima parte. Non est verisimile haeretico papae commissam esse ecclesiam et quod ad summum Pontificem sunt deferendae maiores ecclesiae causae, quod s. Thomas assumpsit propter auctoritates prima parte allatas. Pius primus adducit id: Tu es Petrus, ad

probandum quod fides apostolica e Domini institutione caput est omnium ecclesiarum. Melchiades in decretis idem, et suddit rationem s. Thomae. Ideo factum est nequando membra suo discrepent capite et schisma oriatur, dum certe ecclesiae hoc privilegium vindicare pervenerunt.

Iulius epistola imprecatoria ad ipsos orientales expressius quam alii multa dicit quae notare⁶³ oportet. Conciliorum⁶⁴, inquit, generalium convocandorum iura et maiores causas⁶⁵ ad sedem apostolicam evangelicis apostolicis canonicisque institutis atque praeceptis referri oportet, id a sanctis apostolis et successoribus eorum, id a sanctorum patrum decretis [fol. 12v], id a nicaeno synodo definitum est. Si autem aliter praesumptum fuerit, vanum sit, nec ecclesiasticum ullo modo reputetur. Adducit: Tu es Petrus, et in fine epistolae assignat rationem s. Thomae.

Idem Iulius ad congregatos Antiochiae. Canones, dicit, niecaeni synodi iuberi ut propter sententiam papae ullo modo concilia celebrentur et quod maiora ecclesiarum negotia, tam ab ipso Domino quam ab ipso universorum conciliorum fratribus romano pontifice speciali privilegio tradita sunt. Citat caput 18 concilii nicaeni, quod tetimonium prima parte habes et coclusionem. Caput allegat in haec verba: Quamquam accusati pontificis causam propriam cardinalibus, episcopis, scrutari liceat, non inconsulto romano pontifice licet definire, cum Petro apostolo ab ipso Domino dictum sit: Quaecumque ligaveris super terram.

Dicetis. Ea capita non inveniuntur nunc in concilio nicaeno. Fateor. Sed ipse Iulius dicit in sacro romanae sedis scrutinio inveniri. Et in epistola Athanasii et pontificum aegyptiorum ad Felicem papam. Scimus, inquit, in nicaena synodo ab omnibus concorditer esse roboratum non debere absque romani pontificis sententia concilia celebrari, nec episcopos damnari. Quae et alia plurima necessaria capitula synodica ab haereticis sunt immissa nobisque sublata.

Hoc etiam textatur Felix papa. Sed et idem Iulius in epistola ad Marcellum papam dicit fuisse 70. cap. 16. dist. cap. 70. Gelasius papa cap. multis 17. dist. ad probandum quod maiores et difenciliores quaestiones ad sedem apostolicam sunt referendae, adducit quod illud sancta synodus instituit; id est, nicaena. Idem Innocentius expresse ad Victorinum, cap. 3.º.

Item Felix papa in rescripto ad eosdem episcopos aegyptios adducit quaedam capta ex nicaena synodo, quae nunc non habentur. Et id etiam de quo nunc disserimus. Et dicit ea cap. a pravis hominibus esse deleta, citatque testem ipsum Athanasium, qui praesens fuit concilio.

⁶³ Ms. notare.

⁶⁴ Ms. concilium.

⁶⁵ Ms. causae.

Idem fatentur episcopi trium conciliorum in Africa congregati in epistola ad Damasum. Vestrae sedi inquirunt finem negotiorum et sententiam de⁶⁶ Dei rebus inquirendi patrum diversa omnium reservare, antiquis enim regulis sancitum est ut quidquid quamvis remotis principiis ageretur non prius accipendum est quam ad notitiam ab me sedi vestrae fuerit deductus, ut eius auctoritate firmetur.

Damasus in rescripto ad eosdem dicit: Nihil nisi confirmatum per pontificem valere. Satis enim omnium episcoporum apostolicam sedem esse constitutam. Ait enim: Tu es Petus. Idem Damasus epistola ad Prosperum et caeteros Numidia orthodoxos episcopos. Vide Innocentium primum epistola ad concilium carthaginensem. Et in alia epistola ad concilium milevitanum. Congrue, inquit, apostolicae sedis arcana consulitis antiquae regulae formam sequentis⁶⁷ quam toto semper ab orbe nostis esse servatam scientes quod per omnes provincias de apostolico fonte petentibus responsa semper emanent, praesertim quoties ratio fidei ventilatur.

Leo papa epistola 54. ad Anastasium et epistola 67. ad episcopos viennensis provinciae veritatem inquit: Quae ante legis et prophetarum praeconio continebatur in beatissimo Petro apostolorum omnium summo Dominus principaliter collocavit, ut ab ipso veluti quodam cap. dona sua in corpus diffunderetur ut exterius sit divini ministerii qui ausus sit a Petri sollicitate recedere. Nam in consortium divinae veritatis assumptum id quod ipse cum voluit ipsum nominare dicendo: Tu es Petrus et super, etc. Ut haec aedificatio templi mirabili munere gratiae Dei in Petri sollicitate consideret oportet hanc petrae firmitatem. Impia vult praesumptione tristare quisquis eius potestatem tentat infringere id quod accepit a veteribus non sequendo.

Gelasius papa ad Anastasium augustum. Et in decretis suis habemus cum 70. Epsicopiss. Et ad episcopos Dardaniae. Idem dicit Bonifatius papa 2.^a epistola ad Eulalium ponit [fol. 13r] confessionem episcopi carthaginensis remittens romanae ecclesiae. Est autem confessio eius mihi prima salus et rectae fideiregulam custodire et a constitutis patrum nullatenus deviare. Et quia non potest Domini nostri Iesu Christi praetermitti sententia dicentis: Tu es Petrus et super, etc.

Et haec quae dicta sunt rerum probantur effectibus, quia catholica religio semper servata est extra maculam in fide apostolica, ideoque anathematizamus omnes qui contra sanctam romanam et apostolicam suas erigunt cervices sequentes in oneribus apostolicam sedem, in qua est integra

⁶⁶ Ms. de de. Repetición.

⁶⁷ Ms. sequenti.

et vera christinae religionis et perfecta soliditas promittens sequestratos a communione ecclesiae catholicae; id est, non consentientes sedi apostolicae. Eorum nomina inter sacra recitanda non esse mysteria, quae videlicet sanctae romanae ecclesiae et apostolicae privilegia cavere⁶⁸ renituntur.

Eandem confessionem misit episcopus constantinopolitanus cum ecclesia constantinopolitana uniretur romanae ecclesiae a qua defecerat. Quam eandem confessionem Hormisda etiam papa misit ad episcopos Hispaniae. Vigilius papa in decretis cap. ultimo. Idem dicit Gregorius epistola ad episcopum Augustinum anglorum. Similiter habemus in quadam extra vaganti Bonifatii 8. de maioritate et obedientia cap. unam sanctam. Item in fine sunt multa loca, peculiariter 17. dist. et 19. et 20. et 21. et 22. et 24. Et q. prima et 80. dist. cap. nobis et in decretalibus de electione cap. 4^o. et de baptismo et eius effectu cap. 3^o.

Nec desunt concilia in hanc partem. Et in primis iam citavimus concilium nicaenum. Habetis etiam in 5^o synodo constantinopolitana in assertioni synodali quam obtulerunt Theodorus et omnes monachi. Et in alia assertione antecedenti quam obtulere episcopi in alia synodo congregati. Et expressius habetis in sententia in concilio constantinopolitano contra Antinum haereticum, quam pronuntiavit Minas archiepiscopus constantinopolitanus, ita asserens in fine: Nos apostolicam sedem sequimur, et sic obedimus, et ipsius communicatores habemus et condemnatos ab ipsa, et nos condemnamus. Hoc autem dicit quia Agapitus condemanaverat eundem haereticum.

Item habes in 6^a synodo constantinopolitana actione 4^a confessionem fidei quam Agathus papa misit ad Cornelium, ubi postquam expresit auctoritatem se dedisse legatis in quantum eis dumtaxat iniunctum est ut nihil; scilicet, praesumant augere vel minuere vel mutare, sed traditionem apostolicae sedis ut a praedecessoribus apostolicis pontificibus instituta est scirentur enarrare. Post haec, inquam, subiicit Romae ecclesiae fidem de ea quaestione quae controvertebatur. Et tandem haec est, inquit, apostolica doctrina quam apostolus tradidit, cuius admittente praesidio haec apostolica eius ecclesia nunquam a via veritatis in qualibet erroris parte deflexa est, sic ut Dominus prope erat. Concludit tamen: Petre, petre, ecce Satan. Et infra in suggestione synodica quam Agato cum multis synodis misit Constantinopolim, ut patet actione 13. et 8^a.

Item 8^a synodo generali, ubi habetur libellus Adriani papae acceptus ab ipsa synodo. Prima salus est recte fidei regulam custodire. Et quia non potest domini nostri Iesu Christi praetermitti sententiam dicentis: Tu es Petrus, et deinde ipsa synodus acceptans doctrinam apostolicae sedis, ita inquit,

⁶⁸ Ms. cafvre.

quoniam sicut diximus, sequentes in omnibus apostolicam sedem speramus ut in una communione quam sedes apostolica praedicat esse meremur, in qua est vera et integra christianae religionis soliditas. Quare non consentientes sedi apostolicae eorum nomina inter sacra mysteria nominanda non sunt, nec recitanda. Haec ibi.

Item 25. q. 2. cap. si quis dogmata pro catholica fide a sedis apostolicae praesule promulgata contempserit, anathema sit. Est autem Nicololaus praesidens universaliter loquendo. Item de summa Trinitate cap. 2.^o in concilio lateranensi: [fol. 13v] Volumus quicquam Abbati Ioachim derogari cum omnia scripta abiurare mandaverit apostolicae sedis iudicio approbanda vel etiam corrigenda, firmiter confitens se illam fidem tenere quam romana tenet ecclesia, quae disponente Domino cumptorum fidelium mater est et magistra.

Item Gregorius concilio Luddunensi de summa Trinitate in 6.^o, ubi romana ecclesia asserit esse omnium fidelium mater et magistra. Idem fatentur episcopi trium conciliorum in Africa congregatorum in epistola ad Damasum. Et concilium carthaginense ad Innocentium et milevitanum ad eundem.

Breviter. Omnia concilia, tam generalia quam porvincialia, quae confirmationem petunt suarum definitionum a summo pontifice, ut latius de multis conciliis os tendit, ostendit Turriscremata lib. 3. pag. 32. et 33. et 34. Vide ibi. Nam multa concilia dicunt non habere synodica decreta firmitatem nisi per sedem romanam approbentur. Unde in 6.^a actione Chaldedonensis synodi dicitur quod in omnibus synodis sententias decretas confirmabant per auctoritatem sedis apostolicae, quia aliter nullum robur habebant haec ibi.

Ex sanctis nolo multa congregare loca, sed quaedam dumtuxat insignia eaque eorum qui principes habentur in ecclesia.

Cyprianus tractatu de simplicitate praelatorum 24. q. 2.^a cap. loquitur Dominus, dicit: Qui cathedram Petri super quam fundata est ecclesia deserit esse in ecclesia non confidat. Et libro primo epistolatum ad Cornelium et lib. 4.^o ad Papianum. Ambrosius lib. 1.^o de excessu fratris sui Satiri cap. 7. Peractatus est, inquit, an de episcopis catholicis esset; hoc est, cum romana ecclesia conveniret. 24. q. 1. cap. quae dignior citat idem Ambrosius profitentem se in omnibus sequi romanam ecclesiam.

Item 50. dist. cap. fide horum et 24. q. 1. cap. advocavit. Item sermo 47. de fide Petri apostoli: Bonum pastor tuendum gregem accepit ut qui sibi inferius cum fuerat, fieret omnibus firmamentum. Et quoniam ipse interrogationis tentationem mutaverat. Denique pro soliditate petra dicitur:

Tu es Petrus. Petra enim dicitur quod prius in nationibus fidei fundamentum posuerit, et tanquam saxum immobile totius operis christiani compagem molemque contineat.

Ecce Ambrosius aperte dicit Petrum esse petram firmam super quam Christus fundavit ecclesiam, quod de successoribus etiam oportet accipere, et quoniam Augustinus in Ioannem et de verbis Domini homilia 13., veritas est dicere super petram ecclesiam fundatam. Et intelligit super hanc petram; id est, tuam confessionem, qua expositione se tuentur oppositum asserentes.

Volo adducere auctoritates aliquorum sanctorum, qui dicunt ecclesiam super Petrum fundatam. Augustinus primo libro retractationum cap. 21. citat Ambrosium hoc dicentem. Similiter Cyprianum epistola ad quintum fratrem. Hieronymum et 1.º libro contra Iovinianum: Super Petrum ecclesia fundatur, et unus inter 12. eligitur ut schismatis tollatur occasio. Et in 2.º super Esaiam super id: Erit praeparatus mons domus Domini. Et in cap. 16. Esaiæ, et libro 1.º contra pelagianos. Rufinus et Aedigius citant⁶⁹ Hilarium super Matth., Cyrilum libro 2. in Ioannem cap. 12. Gregorius, ad Mauritium augustum.

Origenes homilia 6. in Matthaëum. Dionysius, cap. 3.º de divinis nominibus. Eusebius lib. 2.º cap. 14. Lactantius lib. 7. Anselmus ad verba in Paulinum. Vide Chrisostomum homilia 52. vel 55. Sumat discrete hoc dicentem et conclusionem nostram confirmantem. Leo papa 5.ª ad Flavianum dicit: Petrus a principali petrae soliditatem traxit, et virtutis et nominis. De qua epistola vide cap. sancta romana, dist. 15., et concilium; sicut⁷⁰, constantiense in fine. Eandem quaestionem et conclusionem [fol. 14r] ponit Theophilactus in illud Lucae 22., Ego rogavi. Idem Beda Lucae 22., et Gregorius in registro epistola 181 ad Eulogium episcopum.

S. Thomas in libello contra errores graecorum adducit Cyrilum in libro thesauri dicentem: Per hanc Domini promissionem ecclesia apostolica Petri ab omni seditione et haeretica circumventionem immaculata manet super prophetas et apostolos super omnes primates ecclesiarum et populorum in fide plenissime et auctoritate Petri, et cum aliae ecclesiae quorundam errorum fecundatae sint ipsa stabilita regnat omnium opturans ora haeticorum. Et nos necessitate salutis typum veritatis ut sanctae apostolicae traditionis una cum ipsa confitemur. Haec ille.

Cyrilus etiam patriarcha Hierosolymitanus. Ut membra, inquit, maneamus in capite nostro apostolico throno romanorum pontificum, a

⁶⁹ Ms scitant.

⁷⁰ En el ms. hay una s o un 5. Aquí se ha colocado: scilicet; es decir, se interpretado como una s.

quo nostrum est quaerere quod credere teneamur, quoniam ipsius solius est statuere, disponere, solvere et ligare loco illius qui ipsum aedificavit et eligit. Et multi alii quod suum est plenum, sed ipsi soli dedit. Haec ille.

Maximus epistola ad orientales daubus coniuncturis sanctarum literarum utitur ad idem probandum. Prima est quod cum angelus et sciret et possit erudire Cornelium destinavit ad Petrum. Voluit enim officium eius usurpare, cui noverat esse concessum. Altera est quod Paulus apostolus ad Petrum magisterium venit et mansit apud eum diebus 15. Citat enim in hac sententia s. Thomas concilium chalcedonense.

Et quidem primo concilio chalcedonensi non aliud habetur quam quod omnes acclamaverunt post propositionem Leonis romani pontificis: Leo apostolicus et universalis. Sed in concilio 2.^o chalcedonensi, quod fuit 8.^a synodus generalis habentur verba quae nos retro citavimus. Vide Augustinum, ne quis putet eis nobis deest testimonium, super Ioannem tractatu 56. Et libro 2.^o contra donatistas, et epistola 106. ad Paulinum. Et epistola 162. quae incipit: Dominus dilectissimus Pelagius cap. pudenda 24. q. 1. citat eum epistola fundamenti. Bernardus idem sentit expresse epistola ad Innocentium.

Demum unus nobis Hieronymi sit satis, qui epistola ad Damasum papam de nomine hypostalis ait: Cathedram Petri et fidem apostolico ore laudatam censui consulendam ego, nullum praemium nisi Christum sequens, beatitudinis tuae; id est, cathedram sancti Petri communionem conformem supra illam petram fundatam ecclesiam; imo, quicumque extra hanc donum agnum comederit prophanus est, quicumque non tecum colligit spargit; hoc est, qui Christi non est antichristi est.

Hoc autem testimonium alioquin manifestum evertit Erasmus, super hanc petram inquiring, non super romanam. Fieri potest ut romana quando degeneret, sed super eam fidem quam Petrus professus est. Et hactenus romana servaverit ecclesia, qua non alia minus laboraverit haeresibus. Hactenus Erasmus. Constat contrarium antecessorum nostrorum testimoniis apostolicam sedem immaculatam semper conservasse religionem. Et fidem, ut Eusebius papa ait 24. q. cap. in fide, et multi alii quos retro citavimus. Et Erasmus ait: Non minus alia laboravit haeresibus. Da mihi Erasme quando ecclesia romana haeretica fuit.

Sed ad rem. Aperte haec glossa contrarium dicit textui. Dicit enim ibidem Hieronymus: Haec est fides papa beatissime quam in catholica didicimus ecclesia in qua si minus perite aut parum caute forte aliquid positum est emendari cupimus a te qui Petri sedem et fidem tenes, si autem haec nostra

confessio apostolatus tui iudicio comprobetur quicumque vel culpae voluerit se imperitum vel malevolum, vel etiam non catholicum, sed haereticum comprobabit.

Ex sacris literis habes testimonia. Et primo. Deuteronomii 17. utitur Innocentius 3.us extra. qui filii sunt legitimi cap. 13. Et Matth. 16. Beatus es Simon Bar Iona. Nota primo unum, Petrum pro omnibus respondisse, idque ex Dei revelatione. 2.º. Nota nomen antiquum: Beatus es Simon, ne aliis [fol. 14v] loqui crederetur. Nota 3.º. Filius Iona, ne de alio Simone intelligeretur. Nota 4.º. Tibi. Non Ioanni nec Iacobo. Nota 5.º, Tu es. Non vocaberis solum, sed es Petrus et saxum. Nota 6.º, Super hanc petram. Quorsum dicit Petro: Tu es petra, nisi intelligatur supra Petrum ecclesiam esse edificaturam; idcirco enim Ioannis 1.º cephas; id est, petra, a Domino est vocatus.

Nota 7.º, Portae inferi non praevalent adversus eam. Sive Petram sive ecclesiam accipias idem est, inquit Origenes super Matthaeum Manifestum est autem. Etiam si non exponatur quod nec adversus petram, nec adversus ecclesiam, portae praevalent inferorum. Nota 8.º, Et tibi dabo claves. Claves aperiunt regnum caelorum. Tollunt ante omnia impedimenta quibus ingressus regni caelorum impeditur. Sed ex parte intellectus obstat ignorantia fidei, sicut ex parte voluntatis affectio prava. Ergo datur Petro potestas ad tollendum ignorantiam et tollenda peccata. Igitur: Quaecumque solveris vel ligaveris, sive spectent ad intellectum sive ad assensum, erunt ligata in caelis, quod nos dicimus: In fide et moribus errare non posse.

Item illud Exodi 18. Quo utitur Bernardus ad Eugenium lib. 2.º cap. 6. Ubi Moysi Iethro. Esto, inquit, tu populo in his. Solum id fecit. Omnia quaecumque illi suggererat. Quomodo ergo credendum Deum synagogae providisse de uno Moyse ad quem maiores ecclesiae et quaestiones referrent, Christum autem ecclesiae suae non providisse. An potius volumus quod legatur Iudicum 17., ut his diebus non sit iudex in Israel, sed unusquisque quod sibi videtur bonum hoc faciat. Hoc videlicet haeretici cupiunt.

Postremum testimonium est id Lucae 22, quod s. Thomas et fere omnes adducunt tam sancti quam pontifices: Simon, Simon, bis reperitur in graeco. Et sic legit Agabus papa actione 4.ª concilii constantinopolitani: Ecce Satan expetivit. Vide Caietanum de primatu papae cap. 12. Et in Apocalipsi cap. 14. Ecce propter fratres datur privilegium Petro ut scilicet confirmet illos, sed ita dixisset: Expetit vos. Non ait: Ego rogavi pro vobis, sed pro te.

Oritur tamen dubium. Quia hoc ad solam Petri personam pertinet. Non autem refertur ad successores. Alioquin oporteret omnes pontifices prius averti, ut conversi aliquando confirmarent fratres suos.

Respondeo ad hoc. Aliud est in Petro quod spectat ad ipsius personam. Aliud quod spectat ad ecclesiae utilitatem. Negare Christum personae erat, sed fratres confirmare erat ecclesiae. Similiter, quod fides personalis Christi semper interius servaretur personae erat. Quod confirmando⁷¹ alios solidam fidem proponeret, nec sic proponendo deficeret ecclesiae erat. Igitur romanus pontifex non haereditavit aut privilegia personalia aut culpas privatas Petri quae videlicet per accidens Petro pontifici confugebantur.

Sed successit in his quae spectant ad omnem utilitatem ecclesiae. Sicut v. g. omnes apostoli habuere generalem iurisdictionem in toto orbe speciali privilegio. In illo non succederunt episcopi apostolis, sed solum in potestate ordinaria suorum episcopatum.

Adde adhuc, si placet, id Ioannis 21., Pasce oves meas. Ergo pastor omnium fidelium et a Deo constitutus. Ergo et doctor atque magister. Alias pascua doctrinae salubris dare omnibus non possit. Unde ad Ephe. 4.^o pastores et doctores eosdem dicit.

An autem sit haereticum tenere quod papa possit errare in fide. Decrevit magister Cano in prima parte quod non. Hic autem dixit duo. Primum, quod per se sine dubio est haeresis pro tali damnanda cum ad concilium referatur.

Probatur. Quia testimonia retro citata et prima parte id probant. Et Nicholaus papa atque Hieronymus ita expresse dicunt esse haereticum. Iterum nos credimus sanctam ecclesiam non solum catholicam, sed apostolicam. Et apostolica dicitur solum sedes romana, ut patet ex conciliis iam allegatis, ex pontificibus et sanctis, et ex uso hodierno. Nam sola romana sedes apostolica dicitur. Et mihi certum est quod post ecclesiam catholicam quam in synbolo apostolorum confitemur addita est ecclesia apostolica in synbolo patrum propter hanc rationem quanquam alii aliud [fol. 15r] fingant.

Unde mirabilis est huius domus compago et structura. Ecclesia enim habet firmitatem a concilio, quod ecclesiam catholicam repraesentat. At concilium habet firmitatem a sede apostolica sicut vigor corporis ab ossibus et nerviis. Sed ossium et nervorum a capite, rursus aedificium a columnis, columnae a fundamento pendent. Est autem fundamentum super quem fundavit ecclesiam Christus.

2.^o Dico quod nunc est grave peccatum, licet non sit haereticum defendere quod papa et ecclesia romana possunt errare. Est certe pernicioosa opinio.

Primo, quia si inter patres concilii est differentia, oportet ponere iudicem ad definiendam litem. Aliter necesse erit schisma. Dicit Lutherus: Sacra

⁷¹ Ms. infirmando.

scriptura est iudex. Quid si disputatio sit de sensu sacrae scripturae. Quid etiam si sit de aliquo libro, an sit cnonicus. V. g. de epistola Iacobi.

Deinde, quia cum ad singulos haereticos condemmandos sit vanum; imo, adeo intollerabile congregare concilium generale, certe non esset provissum ecclesiae.

Si interim, donec appellatur ad concilium generale, licet haereticos impune vivere. Primum, quia consuetudo ecclesiae est in contrarium. Non enim admisit unquam appellatio in causis fidei a Sede Romana, sed condemnatos ab illa ecclesia habet pro condemanatis. Et ut bene dicit Caietanus in Apologia cap. 14., ignis experientia probaret si repugnaret pertinaciter definitioni romanae ecclesiae appellans ad concilium.

4.^o. Postquam haeretici sequuntur oppositum huius nostri dogmatis non liceret catholicum illis favere praesertim cum videant concilia tam generalia quam provincialia sine pontifice errasse, cum pontifice nunquam, quod est argumentum manifestum.

5.^o. Si demus rem esse ambiquam quam pontifex definit, iam quaero an teneamur obedire an non. Si sic, ergo si errarent, papa erraret, et ecclesia. Si non, ubi; id est, ubicumque ligaveris, etc. Et similia testimonia quae saltim in rebus dubiis communicant praepositis. Esset parendum. Certe est inducere rebellionem a romana sede et apostolica ecclesia. Dico tamen non esse haereticos qui oppositum opinantur, quoniam parati sunt hanc renovare sententiam cum ecclesia definit. Et partim sunt excusandi. Quod non ita apertum erat contra fidem.

Antequam autem ad argumenta proposita respondeamus, nota pro solutione 4.i argumenti propositi prima parte quod Ioannes 22. quando misi vos usque ibi tollat similiter et parum. Vide Chrisostomum super Matth. cap. 10. Deinde Actuum 4., Multitudinis autem credentium usque ibi: Erant illis omnia communia in Domino. Cenobitae voantur. Quae vita tanto felicior est quanto statui futuri saeculi imitatur ubi omnia communia. Hactenus ille.

Certum est enim quod in illis erant apostoli, ut Clemens asserit epistola 4.^a. Et habes illam 12. q. 1. cap. dilectissimis. Ergo aliquid habuere in communi. Propterea Ioannis 4.^o: Discipuli, inquit, abierant in civitatem ut cibos emerent. Emptio autem non esset nisi traderent suum dominium venditori. Alias deciperent illum. Praeterea Ioannis 13. cum Christus dixisset Iudae: Quod facis, fac citius. Quidam putabant, inquit evangelista, quia cum loculos habeabat Iudas, quod dixisset ei Iesus: Eme ea quae nobis opus sunt ad diem festum aut ad egenos.

Super quod vide Augustinum cuius verba habes 12. q. 1. cap. habebat, et cap. exemplum. Utrum autem id sit imperfectionis habere; scilicet, in communi, alterius loci est. Nam infra q. 188. dissentitur a S. Thoma, etc.

Ad primum ergo dicitur quod ibi neuter pontifex definivit. Respondent enim pontifices ad privatas quaestiones huius aut illius episcopi per nonnullas epistolas decretales, non tamen definiendo aut fideles ad credendum obligando. 2.º. Dicitur quod etiamsi summus pontifex erraret proponendo in particulari duobus aut tribus christianis aliquid credendum, non esset contra nostram sententiam, quia ex illo errore ecclesia non periclitatur. Secus si toti ecclesiae credendum proponerat, ut videlicet si definiret oppositum esse haereticum. 3.º. Dicitur quod illi pontifices non secum repugnant, nam Nicolaus intelligit definisse quod in simili necessitate qualis fuit tempore apostolorum baptismus collatus in [fol. 15v] nomine Christi est validus. Pelagius autem dicit quod sine necessitate non valet. Fuit quando desit balsamum. Confirmatio per solam manus superpositionem, ut tempore apostolorum, fieri solita est, esset valida, non tamen si non esset similis necessitas. De quo 3.^a parte q. 66. art. 6. latius.

Ad 2.um. Gratianus 32. q. 7. dicit quod illa definitio Gregoriii evangelicae et apostolicae doctrinae adversa est. Ego tamen nihil tale arbitror esse asserendum. Nam ut sedis apostolicae auctoritate negligamus, uterque tam Gregorius primus quam 3.us. eam rem definiunt viri doctissimi in sacris literis, viri excellentissimi simul quam sacratissimi fuere.

Respondeo ego⁷² quod loqueretur de ea quae ante matrimonium erat impotens per infirmitatem. Eius simile habes de frigidis cap. 4. ex Lucio 4.º. Et dicit Gregorius explicans suam sententiam hoc modo ad ravanatensem archiepiscopum 33. q. prima cap. significasti. Alias solutiones 3.^a parte dicemus. Sed haec proponenda est omnibus aliis meo iudicio.

[Vide circa hoc dubium Conradum q. 7. dist. 8.^a.] Circa ultimum argumentum prima parte positum Turriscremata respondit quod papa haereticus ipso facto est depositus iure divino, nec ecclesia aliud faciat quam declarare illum non esse pontificem, ubi fuerit haereticus libro 4. cap. 18. 19. et 20. Et ratio potissima est, quia haereticus non est pars ecclesiae. Ergo. Nec apud eandem sententiam tenuit Palude libro de potestate ecclesiastica per quod facile diceretur quod non contingit quod papa est haereticus per rei veritatem. Quare non commisit Deus definitionem ecclesiae nisi homini catholico.

Caeterum Caietanus opusculo de auctoritate papae cap. 18. et 19 tenet oppositum. Et est connumis sententia, quod scilicet non est ipso facto privatus pontificatu, sed probandus. Probat. Quia episcopus haereticus solum per actum interiorem non est privatus potestate iurisdictionis cum eam habeat a papa, qui non tollit eam per peccatum interius. Quandoquidem homo non iudicat nisi de exterioribus.

⁷² Ms. ergo.

Item durissimum est quod tota ecclesiae iurisdictio pendeat a fide interiori unius hominis, quae cognosci non potest. Probatur ergo hanc opinionem, quam credo verissimam. Negatur antecedens, cum error privatus privatae personae non noceat ecclesiae. Quare nihil quod Deus permittat papam in errorem, sicut alii apostoli, incidere, caeterum in proponendo et definiendo non ex sua privata sententia regulat ecclesiam, sed ex assistentia Spiritus Sancti dirigentis ipsum in proponendis rebus fidei.

Prius tamen quam ad alia dubia transeamus operae pretium erit exemplum in sacra scriptura tradere ubi apparent ea quae de conciliis et pontifice dicta sunt.

Primum igitur concilium ecclesiae auctoritate ab apostolis est celebratum. De quo Lucas cap. 15., ubi nota primo illud concilium generale non fuisse, sed provinciale, quia minor pars apostolorum fuit; scilicet, Iacobus, Ioannes et Barnabas cum Petro summo pontifice.

2.º. Nota quod cum schisma in ecclesia anthiochena esset exortum, non alia via inventa est ad seditionem comprimendam, nisi ut ascenderent Paulus et Barnabas et quidam ex aliis qui Paulo adversabantur ad apostolos et presbyteros in Hierusalem ut ab eis conclusionis definitionem acciperent.

3.º. Nota quem honorem detulerit Paulus ecclesiastico concilio, nam ad Gala. 2.º ait : Ascendit per revelationem et contulit cum apostolis in Hierusalem existentibus evangelium quod praedicabat in gentibus. Seorsum autem cum aliis qui videbantur aliquid esse, ne forte in vanum curreret aut cucurrisset, ubi nota secundum revelationem. Item generaliter cum aliis et specialiter cum his qui videbantur esse aliquid. Tandem nota: ne forte. Magna est enim hyperbole et emphasis.

4.º. Nota quantam fidem congregationi in qua Petrus erat habuerit antiochena ecclesia, nam facta seditione inter praedicatores evangelii, nec Paulo nec Barnabae addiderent, nec aliis e Hierosolimis ex adverso defenderant, sed satuerent ut ad apostolos et presbyteros haec conclusio deferretur, quorum definitioni penitus acquievere⁷³.

5.º. Nota [fol. 16r] de omni ecclesia hierosolymitana ad desserendum de ea quaestione non convenerunt in concilium, nisi apostoli et seniores; id est, praebyteri ceteri non admissi sunt in concilio.

6.º. Nota quod non protinus revelata, sed facta est, inquit Lucas, magna conquisitio. Non enim dormientibus et scitantibus⁷⁴ in concilio patribus Spiritus Sanctus assistit, sed diligenter inquirentibus rem de qua disputatur.

⁷³ Ms. acquievere.

⁷⁴ Ms. scitantibus.

7.º. Nota quemadmodum dicussione sacra fungens Petrus inquit: Unum fatres vos scitis, quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit per os meum audire gentes verbum evangelii et credere. Cum autem conclusionem definisset, tacuit, inquit Lucas, omnis multitudo. Ibi nota summi pontificis auctoritatem.

8.º. Nota quod Iacobus probavit quidem quod a Petro fuerat definitum. Tamen adiicitque in eius rei confirmationem prophetae Amos testimonium. Cum tamen Petrus non induxerit nisi exemplum rei gestae erga Cornelium et argumentum ex iugo insoportabili veteris legis, unde non sine causa praeter auctoritatem summi pontificis adhibentur episcopi in concilio ut magis confirmet ea quae a pontifice definiuntur, sed et quaedam provident episcopi quae summus pontifex alioquin per se providere non poterat, addidit enim Iacobus constitutionem maxime necessariam, ut abstinerent gentes a contaminationibus simulacrorum et fornicatione et soffocatione et sanguine. Quare iuvant omnino summo pontifici patres in synodo congregatis.

9.º. Adverte quod non ad omnia ibi statuta et definita sacram scripturam induxerunt, sed propria auctoritate decrevere gentibus esse abstinendum ab idolotitis.

10. Nota quod nomine totius concili fertur sententia quae ad antiochenam ecclesiam delata est. Apostoli, inquit, et seniores fratres his qui sunt Antiochiaie fratribus salutem. Et item, quoniam audivimus: Placuit nobis collectis in unum eligere viros. Misimus ergo Iudam et Silam. Et rursum. Visum est Spiritui Sacnto et nobis. Nulla ibi mentio de Petro peculiaris facta est, sed omnibus sententia tribuitur. Omnes deferunt, quia omnes sunt iudices.

Ultimo nota quod dicunt: Visum est Spiritui Sancto et nobis, ut significet concilium legitime congregatum ab Spiritui Sancto gubernari, etiamsi provinciale sit, dum tamen auctoritas summi pontificis intervenerit. Ecce concilii apostolici formam, ubi non se opposuerunt concilio, sicut modo Lutherus, nec gentiles dicentes: Cur dicitis vere normas legis esse necessarias cum Christi fides et iam sine operibus legis sufficiat ad salutem. Sed nec iudaei quidem reclamavere cum tantum possint scripturam citare: homo cuius preputii caro circumcissa non fuerit.

Item etiam, quamvis a Paulo et Barnaba appellaverunt ad Petrum, Hierosolymis autem existentem, non tamen a Petro cum concilio provinciali ad generalem appellarunt, certe nobis formam praestasset quam oportet imitare.

An definitiones concilii et pontificum sunt sacra scriptura. Et praeterea quae prima parte dicta sunt. Habes argumentum in partem affirmativam et ex

Innocentio 3.^o de celebratione missarum cap. 6.^o dicente scripturam sacram dicere quod iniuriam facit martyri qui orat pro martyre. Et tamen id non dicitur nisi ab aliquo concilio vel pontifice. Ergo. Confirmatur. Quia fides nostra non fertur nisi ad ea quae sunt a Deo revelata, atque ex consequenti sacra scriptura.

Ad hanc questionem respondeo quod prima parte est assignata duplex differentia, quarum una est quod non in omnibus assitit Spiritus Sanctus in conciliis, sed in omnibus etiam minimis assistat sacris doctoribus. Circa quod ibi est dicendum quod aliquando sacri doctores quae videbant humanitus scribebant.

Circa cuius solutionem nota quod non defuerunt qui existimarent esse in libris canonicis aliqua humano more scripta et commemorata in quibus nihil vetaret sacros scriptores labi vel memoria vel intelligentia cuiusque parvi rei momenti quae non essent ad fidem necessaria, cuius erroris notatus est inter caeteros Erasmus.

[fol. 16v] Id autem quam sit perniciosum, tamen si a viris doctis multiphariam ostensum est, ego tamen non alio argumento demonstro quam quod sacrarum scripturarum maiori ex parte labefactatur auctoritas si id semel admittamus. Nam licet prophetae rationabilia sua ex Dei auctoritate proferant: Haec dicit Dominus, Deus locutus est, etc.

At historiographi nihil ea forma loquendi solent enarrare. Quare non poset distingui in historiis saacris quid ex Deo, quid ex homine esset, quid auctor ex revelatione divina, quid ex spiritu, quid ex ingenio humano proferrent, quo circa fluctuaret passim in sacris historiis legentium et audientium fides dum ignoraretur quoniam spiritu divino aut humano haec aut illa particula esset scripta.

Deinde, ut Augustinus ait, si in sacro aliquo libro unaqualibet falsitas reperiatur totius libri certitudo perit. *Porque quien dize una dira ciento*. Unde Dominus Ioannis 14.: Ille vos docebit omnia et suggeret vobis omnia, etiam alias oblita suggeret, etiam alias humanitus gesta suggeret. Suggestet etiam quae ab aliis humano more scribentur omnia.

Ad argumentum fateor non singula scripta esse a sacris doctoribus et auctoribus ex speciali et propria revelatione, sed singula et minima scripta sunt ex peculiari assistentia Spiritus Sancti, a quo certissime cognoscebant se moveri tenerique ne errarent. Etiam in his quae alias humanitus possint scribi non experiebantur in se et quando divino spiritu afflati loquebantur, et quando humano. Quod namque est quod apostolus prima Corinth. 2.^o ait: Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est, ut sciamus quae a Deo donata sunt nobis. Et loquimur, usque ibi: Nos autem sensum Christi habemus.

2.º. Arguitur ad idem. Nam apostolus primae Corinth 7 ponit quaedam de quibus asserit quod Domini sunt mandata. Principio inquit: Non ego, sed Dominus. Ergo sacri doctores quaedam tradebant humano consilio sine revelatione. Ea enim quae prophetae per revelationem dicebant non dicebant: Non Dominus, sed ego. Sed: Haec dicit Dominus Deus. Si ergo Paulus ex interna revelatione omnia scribebat, quare dicit: Ego dico, non Dominus.

3.º. Arguitur. Si papa et concilium debita diligentia non adhibeant, errare possunt, ut illi qui non habent internam revelationem. Ergo cum non constet an patres consenserint et concilium quod in se est, non constabit an erraverit per defectum diligentiae necessariae. Idem dubium est de pontifice.

Et confirmatur. Quia si ego facio quod in me est, etiam non errabo in fide. Quare nihil propterea summus pontifex habebit quam ego, si prius oportet adhibere humanam diligentiam quam fidei conclusionem definiat.

Ad 2.um respondeo quod Paulus vocat praeceptum Domini seu consilium quod a Domino in evangelio praeceptum est, quodque Christus proprio ore praecepit vel consuluit. Nam quod consilium suum Paulus non crederet esse humanum, sed divinum, satis iudicat inquiring: Beatior erit si sic permanserit per meum consilium. Puto autem quod etiam ego spiritum habeo. Sed contra. Ergo praeceptum Pauli de non ordinando quod non sit nisi unius uxoris vir, esset praeceptum divinum. Ergo papa non posset dispensare. De hoc 3.^a parte dicemus.

Ad 3.um respondeo quod Deus suaviter disponit omnia, et sicut providit finem et media ad finem necessaria. Sicut enim si promitteret cuiquam aeternam vitam, confert illi gratiam bonarum actionum, quibus ad eam vitam perveniet. Sic, cum promiserit ecclesiae fidei firmitatem, certe non deerit quominus tribuat ecclesiae orationes et caetera media, quibus haec firmitas conservatur. Quare non admitto quod pontifex aut concilium [fol. 17r] praetermittant aliquando diligentiam debitam fidei quaestionibus decidendis ad confirmationem. Negatur antecedens. Nam persona privata quamvis docta et famosa etsi diligentiam adhibeat, poterit errare in fide invincibiliter. Tamen et sine culpa concilia semper definiunt veritatem, etc.

Unde ad 1um. argumentum positum in cap. quaestionis respondeur quod quandoque dicuntur canones sacri leges pontificiae ad differentiam legum civilium, quo sensu scripturam sacram Innocentius appellavit.

Ad confirmationem respondeo quod duplices positiones possunt in concilio definire. Aliae propriae theologicae, quia colliguntur ex altera de fide et altera naturali lumine cognitae. Et tales secundario et mediate pertinent ad fidem, nec oportet a Deo esse revelatas, sed consequi ex revelatis. Alia vero

definiuntur quae proprie et directe ad fidem pertinent, ut articulus fidei. Et tales sunt quidem a Deo revelatae non pontifici aut concilio, sed prophetis aut apostolis ex quarum revelatione pontifex aut concilium fidei quaestiones disseruit.

[Dubium egregium.] Consequenter est dicendum cum concilia habeant sequi motiva exteriora in definiendis rebus fidei, quia scilicet non habent revelationem interiorem an sacra scriptura sit regula ecclesiae in definitione huiusmodi quaestionum, an etiam praeter sanctas literas aliam sequantur regulam vel auctoritatem vel motivum. Et suadet primum quia esse revelatum a Deo est prima ratio credendi. Sed concilio aut papa nulla fit revelatio nova. Ergo solum oportet fidem adhibere his quae sacris literis et sacris scriptoribus scripta sunt.

In contrarium est quod multa habentur in ecclesia certa quae in sacra scriptura non habentur expressa.

Ad hoc dicunt lutherani iudicem primum in nostra fide esse sacram scripturam. Ex quo inferunt unum corollarium: Quod nihil summus pontifex valet definire nisi id sacris literis sit expressum. Nec illi credendum nisi ex sacrarum literarum testimonio probat, quia non est propheta nec evangelia. Ergo ex iam revelatis opus est definire credenda.

Confirmatur. Quia Deut. 17. dicitur: Facies quaecumque docuerint te iuxta legem Domini. Ergo si non definitur quid a concilio iuxta legem Domini, fidem meam illi alligare non est necessarium. Pro plena huius quaestionis decisione statuemus aliqua fundamenta quae hactenus negare non potest.

Primum est Christum nullum librum scripsisse. Imo nec praecepisse quod scriberetur. Matth. 28.⁷⁵: Euntes. Non dixit: Scribite, sed: Praedicate. Et Hieremiae 31., Post dies illos, dicit Dominus, dabo legem meam in visceribus eorum, et in cordibus eorum scribam eam. 2.^a Cor. 3.^o: Epistola estis Christi administrata a nobis et scripta non atramento, sed Spiritu Dei vivi, non in tabulis lapidaeis, sed in tabulis cordis carnalis. Ecce discrimen legis legis antiquae et novae. Utraque in monte data est. Utraque per mediatorem populo. Sed illa vetus scripta tabulis lapidaeis, haec in cordibus. Vide primam homiliam Chrisostomi in Mattha. 2.um. et ecclesiam esse antiquiorem scriptura in veteri testamento.

Notandum est. In novo quoque dictum est. Theophilactus circa exordium Matthei asserit Matthaenum evangelistam scripsisse post 8. annos ascensionis Christi. Ioannes post 22. Beda autem super id Ioannis: Hic est discipulus ille qui scripsit haec post 65. ascensionis Christi esse Ioannis evangelium.

⁷⁵ Ms. 27.

3.um est. Sacra scriptura non est authentica sine ecclesie auctoritate, quia scriptores sunt membra ecclesiae et ex auctoritate loquentis pendet scribentis auctoritas. Postremo, quia unde habes hoc evangelium esse Ioannis, illud Matthaei. Item hoc esse a Deo revelatum, Bartholomaei et Nicodemi non esse revelatum, quo cum Augustino confiteri necesse est: evangelio non crederem nisi me ecclesie conmovet auctoritas.

4.um. est. Ecclesia est iudex scripturarum. Patet primo ex fundamento iam facto. Cum enim unum evangelium recipit, alterum reiicit, fit ex consequenti ut de scripturis iudicet an scripturae sint vel non. Deinde, quia Deut. 17., Si difficile et ambiguum. Non dixit: Vide legem, sed: Ascende et interroga sacerdotem. Propterea, quia haeretici fere omnes admittunt scripturas, sed ad sensum suum eas trahere nituntur. Ariani ferunt 42. loca. (tenet)⁷⁶ [fol. 17v] locis scripturae sua dogmata confirmasse. Necesse est ergo de intellectu vero scripturae habere iudicium, quia lex est iudex mortuus et de legis intellectu disputatur ipsaque iudex sui esse non potest.

5.um. fundamentum. Non omnia quae ad doctrinam christianam pertinent sunt in sacris literis expressa; id est, aperta et clara. Probatur de perpetua virginitate beatæ Mariae, de descensu Christi ad inferos, de processu Spiritus Sancti a Filio. Sicut enim articulus de resurrectione conontinebatur impliciter in illo Exodi 3.º: Ego sum Deus Abraham. Quæmadmodum Christus explicavit adducens illud ad probandum resurrectionem quam sadducei negabant. Ita ecclesia explicat nonnulla quae obscura in sacra scriptura habentur. Et si hoc non est argumentum sufficiens, nec Christus sufficienter illa auctoritate probavit resurrectionem.

6um. fundamentum. Multa pertinent ad eandem doctrinam et fidem quae nec aperteneque obscure in scriptura sunt tradita, sed tenentur tamen e traditione apostolorum, quia alia quidem literis, alia vivæ vocis oraculo prodidere. Hoc erudite probat Innocentius 3.us de celebratione missarum cap. 6. Nam illa verba quibus in calicis consecratione utimur; silicet, mysterium fidei, æterni testamenti, non habentur in evangelio.

Item id: levatis oculis in caelis. Unde et Paulus Actorum 20. Meminisse, inquit, oportet verbi Domini: Beatius est, inquit, dare quam acipere. Et primæ Cor. 15. refert Christum aparuisse quingentis fratribus, quae tamen evangelistae non scripserunt, sed Ioannes cap. ultimo dicit: Multa quidem et alia signa fecisse Iesum. Multa ergo a Christo apostoli et ab apostolis acceperunt successores quae scripta non sunt. Item 2.^a ad Thesal. 2.º: State et tenete traditiones quas accepistis, sive per epistolam sive per sermonem. Et 1.^a Cor. 11., Caetera cum venero disponam. Et Ioannis 2.^a epistola:

⁷⁶ Ms. Falta cerrar el paréntesis.

Plura habeo vobis scribere, nolui per cartam et atramentum, spero enim me adfuturum apud vos et ore ad os loqui.

Ex his patet ad quaestionem propositam quod ecclesia quae fuit post apostolos eritque usque ad consummationem mundi non habet quidem novam revelationem. Nec enim credimus alium futurum esse aut fuisse sacrum scriptorem praeter apostolos et evangelistas.

2.º. Dicitur quod nihilominus concilium et pontifex semper in definitione quaestionum fidei proponunt sibi aliquam divinam revelationem sine qua nihil ad fidem attinere potest.

3.º. Dico. Non oportet semper sequi scripturas solas, sed ea etiam quae verbo tenus ab apostolis accepit ecclesia.

4.º. Dico. Ad dignoscendum quid ab apostolis fuerit traditum opus est concilia antiqua spectare et antiquorum patrum traditiones. Hac enim via cognoscitur quod veluti per manus a prioribus ad posteriores pervenit.

5.º. Dicitur quod tunc etiam cum pontifex suas scripturas sequitur, non est opus expressa commoveri auctoritate, sed satis est e consensu sanctorum expositionem sacrarum literarum accipere, ut concilium 6um., constantiense et florentinum factum est.

Ad primum iam patet quod revelata a Deo non solum intelliguntur quae in sacris literis habentur. Sed ea etiam quae verbo apostoli tradiderunt.

Ad 2.um. eodem modo respondeo. Quod pontifices et concilia quidquid determinant definiunt iuxta legem Domini. In hoc enim diriguntur a Spiritu Sancto ne ab illa in discernendis quaestionibus deficiant, sed lex Domini intelligenda est non modo quae papyro continetur, sed quae in cordibus fidelium per apostolorum praedicationem acceptam usque in hunc diem scribatur.

Hic venit quaerendum an in sola determinatione fidei ecclesia, concilium aut papa non possint errare, an etiam in his quae ad mores pertinent. Huius quaestionis determinationem habes prima parte q. 1. art. 8. Nunc tamen in partem affirmativam esse videtur quod solum Christus oravit ne deficeret fides Petri. Deinde nihil certi habetur a catholicis per fidem quod non sit a Deo revelatum. At omne tale immediate a catholicis tenendum.

In contrarium est id Ioannis ultimo: Pasce oves [fol. 18r] meas. Sed si erraret in moribus, non pasceret, ergo. Confirmatur in concilio constantiensi, sessione 13., ubi condemnatur tamquam haereticus qui dixerit ecclesiam errare consuetudine communicandi populum sub una specie tantum.

Item dico errare non posse in canonizatione sanctorum, ut probatum habes.

Ad primum igitur argumentum respondeo dupliciter. Pirmo. Quod licet ex vi illius promissionis: Ego rogavi, non habeatur ecclesiam in moribus non erraturam, sed habetur ex illo: Pasce oves meas, et ex illo: Et portae inferi.

Deinde dicitur quod si ecclesia approbaret vitium per veritatem, vel e contra, iam deficeret in fide, quia nullum vitium esse videtur quod in sacris literis non reprehendatur, nulla virtus necessaria quae non commendetur.

Et per hoc ad 2.um, quod Deus revelavit ecclesiam in moribus errare non posse. Alias non esset haereticus qui negret. Et si arguatis: Nam se distinguunt haeretici cum dicunt errare non posse nec in fide nec in moribus, cum idem penitus est, respondeo quod sensus est ecclesia non errare, nec proponendo credenda nec facienda.

Sed dicas, quando cognoscemus concilium aliquid ut de fide tenendum definire. Propter ea quae prima parte quaestione prima articulo 8. dicitur, quod in eo cognoscatur si oppositum asserentes condemnantur, si ponatur poena excommunicationis contra eos, si dicatur esse a fidelibus firmiter credendum vel aliis similibus verbis determinetur esse dogma fidei catholicae. Unde quae in conciliis iudicatum vel explicandi gratia vel statum statuendi aliquam legem, non pertinent ad fidem.

Ultimo est dicendum circa intelligentiam illius testimonii: Ego rogavi pro te, Petre, quia s. Thomas hic, et Innocentius de baptismo et eius effectu cap. 3.º, et pontifices fere omnes, inducunt hoc testimonium de Petro et eius successoribus, quare non intelligitur de fide personali cum haec in successoribus aliquando defecerit. Intelligitur ergo de fide iudiciali, ut sit sensus: ne in defineinda fide deficias, ego rogavi pro te. Quod si verum est, male nos ex hoc eodem testimonio retro ostendebamus fidem personalem Petri interiorem non defecisse, licet fides exterior defecerit.

Ad hoc respondeo quod omnia rite coherent si recte examinentur. Nam privilegia apostolis a Christo concessa, aliter ad ipsos, aliter ad successores, referuntur. Quippe in apostolis fuere privilegia personalia amplioris gratiae quam in successores transierunt.

V. g. per haec verba: quaecumque ligaveritis super terram, intelligitur potestas generalis apostolis tradita per totum orbem. Et per illam: Sicut misit me Pater et ego mitto vos. Sed successores non successerunt apostolis in potestate generali extraordinaria, sed in illam quam singuli in suis ecclesiis apostoli habuerunt. V. g. Ioannes in ecclesia ephesina, Iacobus in Hierosolymitana.

Est aliud exemplum. Dominus dixit Ioannis 14., Ego rogavi Patrem et alium paraclenum dabit vobis, ut maneat vobiscum in aeternum Spiritum veritatis. Ex hoc colligunt doctores theologi apostolos esse confirmatos in gratia post adventum Spiritus Sancti. Caeterum non ita transit hic Spiritus in ecclesiam praelatorum succedentium ut maneat in sempiternum apud eos per gratiae confirmationem. Sic ratio de illo: Ego rogavi. Et haec de ista quaestione.

5. Diego de Chaves. Ott. lat. 1051 (1547-1548).

[fol. 48r] [...] Ultimum dubium est an summus Pontifex possit errare in fide. Pro determinatione est distinctio quae solet poni a doctoribus. Duplex est error, et personalis [fol. 48v] et personalis judicialis. Personalis, ut si vetula esset in errore quod Abraham habuit dios, etc. Et alius est judicialis quando iudicat et proponit aliis credendum, ut Lutherus.

De primo non est dubium. Quia Honorius papa synodo constantinopolitano actio sessio. 11. sicut cuique papa. Et dist. 19. in decretis cap. Anastasius qui fuit haeticus. Sed questio est de iudiciali. De ista materia vide S. Thomae opusculo 1.º cap. 65. usque ad 73. Et in Quotlibeto 9. articulo ultimo et in 4. Sententiarum dist. 24. q. 3. art. 2. quaestiuncula 3. Vide Turrecrematae 2. lib. de Summa ecclesiae cap. 10. usque ad 12. Et Caietanum de autoritate papae et concilii cap. 9. Ioannem Gerson 1. parte tractatu De examinatione doctrinarum, potissime in fine, confirmatione 1. et 2. Et Almain in 3. Sententiarum dist. 24. quaestione unica dubio 6. Vide Castro De iusta punitione haeticorum cap. 6. Et respondetur ad quaestionem et intelligo quatenus est publicus papa. Et doctores parisienses tenent communiter quod papa potest errare, potissime Gerson et Almain. Insuper est adversus Ocham. [fol. 49r] Eandem tenet Adrianus in 4. lib. q. unica de confirmatione articulo 3.º.

Ipsa probant argumentis multis. 1.º arguitur sic. Quia Ioannes 22.us publice docuit quod animae iustorum non vident divinam essentiam usque ad diem iudicii. Et addit quod nullus consequeretur gradum theologiae nisi hoc fateretur. Hoc autem est erroneum ut dicit S. Thomas q. 64. art. 4. ad 3.um, etc. Ergo.

2.um argumentum est. Quia Caelestinus 3.us definivit quod, si alter coniugum sit haeticus, dissolvitur matrimonium. Patet ex. de divitiis cap. quinto.

3.º argumentatur. Quia Alexander 3.us ex. de sponsa duorum cap. licet, dicit quod quidam ex praedecessoribus suis determinaverunt quod, si post

1.um matrimonium contrahunt per verba de praesenti, etc. Hoc autem est erroneum. Ergo papa potest errare.

4.º arguitur. Quia Nicholaus 3.us cap. exiit qui seminat ex. de verborum significatione dicit quod Christus servavit ut franciscani. Hoc autem est falsum. Ergo papa potest errare.

5.º argumentum est. Quia Innocentius 3.us ex. qui filii sunt legitimi cap. per venerabilem adducit legem Deuteronomii et dicit quod Deuteronomium est 2.ª lex. [fol. 49v] Et dicit quod nunc in lege evangelica sunt servanda. Sed in concilio florentino oppositum determinatur. Ergo.

Arguitur⁷⁷. Quia Gregorius 3. in epistola ad Bonifacium episcopum in 1.º tomo concillorum. Respondetur quod propter infirmitatem mulier non poterat abstinere a viro, *mas al reves*. Et post dicit, etc. Ergo. [Responsum fuit supra.]⁷⁸ Forma argumentum. Quia si papa habet auctoritatem, quorsum cogit concilium et congregatur?⁷⁹ Sed fortius argumentum est. Quia si papa in quantum persona privata potest errare. Ergo in quantum publica potest errare. Antecedens est notum ex supra dictis.

Sed arguitur Gregorius 3.us epistola ad Bonifacium episcopum quod habetur 1.º tomo concillii et Divus Gregorius in epistola ad Augustinum Cantauriensem, quae habetur eo tomo 1.º., quod si mulier propter infirmitatem non potuerit reddere debitum marito, quod ille si non potest continere se, ducat aliam, priori tamen debitum subsidium non substrahat. Et quod hoc tanquam papa in definiendo dicat patet ex principio epistolae. Dicit enim sic: In talibus tenet haec sancta apostolica romana ecclesia et iam et consulenti tibi de statu ecclesiae non ex nobis quasi ex nobis, seu ex gratia, quid tenere debeas, etc. Eat autem error⁸⁰ in fide quod, si mulier incidat in infirmitatem, vir possit ducere aliam priori vivente. Ergo⁸¹.

[fol. 50r] 6.º arguitur. Quia Nicholaus in consecratione dist. 4. cap. a quodam iudaeo definivit quod, si in nomine Christi aliquis baptizetur, rebaptizari non debet. Cuius autem oppositum Pelagius papa definit in synodi Pistoiae distinctione cap. multi et cap. si revera. Et Zacharias papa eadem distinctione capitulo in synodo. Ergo aliquis istorum erravit.

Ultimo arguitur ratione. Quia non est verisimile quod homini haeretico commiserit Christus ultimam fidei definitionem quia quo modo regula aliqua

⁷⁷ Sigue a continuación: “*O mas abaxo es el este argumento*”.

⁷⁸ Lo comprendido entre corchetes se halla en el margen izquierdo.

⁷⁹ No está en el msnuscrito el signo de interrogación.

⁸⁰ Ms. horror.

⁸¹ Sigue escrito a continuación: *Esta es una leccion. Vide Cano, que todo esto es del.*

alios recte poterit regulare?⁸² Sed interim papa est haereticus. Ergo. Omnia ista argumenta tenet Adrianus. Et Almain. Sed prius quam huic quaestioni respondeamus, oportet facere fundamenta quaedam quae nemo scilicet protervus poterit infirmare.

Sit 1.um fundamentum, quod rudissimi et indisciplinati ingenii est in omnibus quaerere actitudinem mathematicam, sed iuxta naturam rei de qua disseritur argumenta quaerenda sunt. Hoc fundamentum est Philosophi 2. Metaphysicae texto ultimo⁸³ et 1.º Ethicorum cap. 3.º, ubi dicit quod certitudo non est in omnibus eodem modo perquirenda, sed in fide gentium Iudaeorum. Ex quo sequitur corollarium, quod cum haec quaestio ratione naturali nequeat, testimoniis sacrarum literarum, et patrum veritatem venandam esse.

2.um fundamentum est. In sacris literis non alius sensus accipiendus est quam qui sancti concorditer tradiderunt. De quo vide Rophensem in principio operis Adversus lutheranos. Hoc fundamentum, quia lutherani ab se abiecerunt in varios errores⁸⁴ in condere. Quod probatur ex illo Proverbiorum c. 22., Ne transgrederis terminos antiquos, etc. Quod enim locum explicat illic Hieronymus in hunc sensum Ecclesiast. cap. 8., Ne despicias narrationem praesbyterorum. Non te praetereat narratio, etc. Iob cap. 8., Interroga enim generationem pristinam, etc. Hoc enim interest inter catholicos et haereticos [fol. 50v]. Quia tantum suum tribuunt sensum, loquuntur illi novum in sacris literis interpretandis. Sensum sanctorum habent?⁸⁵

Et hoc docet aperte Paulus ad Eph. cap. 4., Deus dedit (inquam) quosdam quidem apostolos, quosdam autem, etc. Ecce praeter tria genera dicit sacrorum quibus Deus in materia sua mysteria revelavit, edidit Paulus 4.um genus; scilicet, doctores et pastores, qui a Deo dati sunt ecclesiae ut quae illi dixerunt, isti nobis explicent et interpretentur. Et ita in 6. concilio constantinopolitano adversus Macharium auctoritatibus sacrae scripturae sequendum communem sensum procul interpretatis fuit defensa fides. Similiter in concilio florentino sub Eugenio 4. adversus graecos circa opinionem illius loci Ioan. 16., De meo accipiet et annuntiabit vobis. Quo loco secundum communem sensum sanctorum interpretato probaverunt Spiritum sanctum a Filio etiam procedere.

His fundamentis constitutis per se teneamus illam propositionem assumptam a sancto Thoma in isto articulo 10. Utrum quaestiones difficiliore

⁸² No está en el manuscrito el signo de interrogación.

⁸³ Ms. último ultimo. Repetición.

⁸⁴ Ms. herrores.

⁸⁵ No está en el msnuscrito el signo de interrogación.

et maiores ecclesiae causas ad papam esse deferendas?⁸⁶ Nam si illa est vera, manifeste sequitur et iam in fide errare non [potest]⁸⁷ si a Deo constitutus est iudex eorum quae ad fidem pertinent. Aliter Deus non provideret suae ecclesiae convenientem iudicem in re cum primis necessaria. Eam igitur propositionem habeamus in Anacleto papa qui fuit 3.us a Petro pontifex summus in decretis suis et in epistola de ordinatione episcoporum, ubi dicit haec verba: Difficiliores quaestiones et maiores causae ad apostolicam deferantur, etc. Lege.

[fol. 51r] Ulterius patet. Evaristus papa in initio suorum decretorum: Ad sedem apostolicam (inquit) tanquam ad caput summa dubia referentur, etc. Idem dicit Alexander in decretis suis. Idem Pius primus et adducit idem testimonium: Tu es Petrus. Idem Victor Papa. Idem Zepherinus papa in suis decretis. Idem Marcellus papa ad episcopos. Idem Melchiades papa. Idem Iulius papa ad episcopos orientales. Vide dist. 17. cap. regula. Idem in sententia Stephanus papa dist. 19. cap. enim vero et cap. nulli fas. Idem sentit Gregorius et cap. in canonicis. Idem sentit Augustinus eadem distinctione. Et eadem distinctione cap. sic omnes inquit Agathus papa omnibus episcopis. Lege eadem distinctione in memoria ex concilio Caroli imperatoris.

Et sunt innumerae auctoritates sanctorum de hoc. Vide Innocentium primum in epistola ad concilium carthaginensi. Et est inter epistolas Augustini epistola 91. Colaudat epistola quod illi concilio adfuerunt quod ad ipsum duxerunt ultimam sententiam et iudicium requirendum. Et dicit illic fere in principio epistolae quod gratia non humana sed divina decrevere sententiam ut quicquid de disiunctis remotisque provinciis ageretur, non plus ducerent finiendum, nisi ad huius sedis; id est, Romae, notitiam perveniret, ubi tota eius auctoritate iuncta quae fuerit pronuntiatio firmaretur indeque sumeretur cetera ecclesia velut⁸⁸ de natali suo fonte aquae cunctae procederent et per diversas totius mundi regiones sub pari capite incorrupte manerent, etc. Idem Innocentius dicit in epistola ad concilium milevitarum [fol. 51v] libro hoc quaestione 1. et 25. q. 21. dist. 80. cap. urbes in decretalibus ex. de electione cap. significasti et ex. de baptismo et eius effectu cap. maiores.

[⁸⁹Consequentiam probo quod papa potest errare *en el otro quaderno capite VI penultimo*. Sed consequentia illa patet. Detur quod papa sit

⁸⁶ No está en el manuscrito el signo de interrogación.

⁸⁷ No está en el manuscrito el signo de interrogación.

⁸⁸ Ms. Velud.

⁸⁹ Este párrafo comprendido entre corchetes corresponde al folio 51v, pese a aparecer aquí en el folio 51v. Aquí se piensa que este párrafo, el cual aparece coupando todo el margen izquierdo, en escritura de abajo arriba: tres líneas, debe colocarse después del final que dice así: *de baptismo et eius effectu cap. maiores*. Y así se coloca aquí.

haereticus. Tunc illud quod ipse concepit potest aliis tradere ad credendum. Quid hoc vitat?⁹⁰ *Porque* non confirmatur. Quia Ioannes 22. ita fecit. Ergo⁹¹.]

Concilia etiam generali habemus. 1.º. Primum concilium nicaenum petivit confirmationem sui a papa. Et hoc vide en Castro ubi⁹² supra. Et 1.º. concilium concedoniense etiam petivit confirmationem a papa Leonen Nostris temporibus concilium constantiense petivit confirmationem a Martino 5.º. Et ex hoc sequitur quod si peierunt, ergo iudicaverunt hoc esse necessarium. Patet adhuc clarius in concilio lateranensi sub Innocentio 3.º. Et habetur ex. Deus et fini etsi catho. c. damnamus. Ergo.

Per ultimum et in concilio viennensi sub Clemente 5.º uni desumatur et nisi catholici. Et in concilio florentino sub Eugenio 4.º. Et reperies determinationem huius in opusculo de autoritate papae et concilii cap. 1. Et idem in concilio lateranensi sub Leone 10. Et hic adducit verba eius Caietanus. Ergo propositio S. Thomae supra vera est.

Et probatur autoritate sanctorum. 1.º ex Cypriano de simplicitate praelatorum. Et habetur 24. q. 1.ª cap. loquitur Dominus. [fol. 52r] Sed clarius dist. 93 circa cathedram dicit: Quid dignior cathedra Pedri, etc.⁹³ Et idem Ambrosius. Et habetur 24. q. 1.ª cap. quae dignior domus, etc. Et cap. advocavit. Et adducunt illud: Tu es Petrus et super hanc petram, etc.

Respondet Almain quod illud petram non demonstrat Petrum, sed confessionem Petri. Sed quod sancti non intelligant illo modo patet ex Chrisostomo homilia 5. Super Matthaem. Et ex concilio calcedonensi sub Leone 1.º actione 3.ª dicit quod id canit Petrum petram et principem ecclesiae.

Et Cyprianus papa 24. q. 1. cap. loquitur eodem modo interpretat. Et Augustinus 1.º libro Retractationum cap. 21. Et Retractationum citat Ambrosium ita dicentem. Et 2.º libro contra Donatistas cap. 1.º. Citat Cyprianum lib. 1.º contra Iovinianum, lib. 1.º contra pelagianos.

Et vide S. Thomam opusculo 1.º a cap. 65, *hasta los 70*. Adducit illic sanctos graecorum. Et etiam adducit S. Thomas cap. 67. sic illum sic Christus. Et cap. sancti dicit ut membra maneamus, etc. Augustinus et expresse fatetur quod in romana ecclesia semper distinguitur summa auctoritas.

Et Gregorius in Registro lib. 1. epistolarum. Et Gregorius in Registro Spiritus sanctus 3. epistola [fol. 52v] 33. fatetur ecclesiam unam esse sedem

⁹⁰ No está en el msnuscrito el signo de interrogación.

⁹¹ Lo comprendido entre corchetes se halla en el margen izquierdo. Al final del latín aparece escrito:

⁹² Ms. ubi ubi. Repetición.

⁹³ No está en el msnuscrito el signo de interrogación.

principis apostolorum, de qua nullum dubium, etc. Et lib. 4. epistola 32. Dicit: Universlis synodus calcedonensis pontifex romanus. Et Hieronymus ad Damasum pontificem. Et habetur 24. q. 1. cap. haec est fides. Vide hoc capitulum, quia clare hoc probat.

Et Bernardus ad Innocentium papam epistola 190. In principio dicit: oportet, etc. [Vide Bernardum ad Eugenium epistola 237.]⁹⁴ Et ex sacris literis patet testimonio quod utitur Bernardus lib. 2.º ad Eugenium Exod. 18, ubi Moysen inquit Ietro: Tu eris populo. Dabat enim consilium quando quaestiones graves erant determinandae, etc. Et argumentum ex hoc sumit Bernardus.

2.um testimonium est. Et habetur ex. qui filii sunt legitimi cap. per venerabilem. Et est testimonium quod habetur Deut. 17. Quod si dubium aliquid emerserit in populo dicitur quod consulantur sacerdotes, etc. Et ponit poenam: morte moriatur, etc. Ex hoc sumit argumentum ibi.

Vide 3.um testimonium ex Ioan. cap. 11., Collegerunt principes, etc. Dicitur quod Cayphas cum esset princeps anni illius, prophetavit, etc. [Vide Chrisostomum homilia 64. super Ioannem. Si illud vides quanta sit pontificalis.]⁹⁵

[Aliud testimonium est Luc. 22: Ego rogavi pro te. De quo vide Caietanum illo opusculo c. 12. et in Apologia cap. 14.]⁹⁶ Et Divus Augustinus notat hoc tractatu 49. super Ioannem.

Sed ultimum testimonium est quo utuntur omnes Matth. 16. Respondens Petrus dixit: Tu es, etc. Post Dominus: Tu es Petrus et super hanc petram, etc. Notat Chrisostomus homilia 55. quod [fol. 53r] eum quaereret Dominus. Solus Petrus respondit: Tu es Petrus, etc. 2.º notandum est quod dicit ei Christus: Et ego dico tibi, non Ioannem, etc., sed tibi. Secundo notandum quod tu es Petrus. Nam Petrus idem est quod saxum. Et patet. *A que proposito le llama piedra*, nisi quia debebat fundare supra petram ecclesiam suam, etc.⁹⁷ Ergo.

Et respondetur nunc ad quaestionem. Et videtur quod opposita sententia sit haeretica. Sed reponitur. 1.^a propositio est quod sententia parisiensium secundum se est contra fidem, sic ut ante quam ecclesia determinaret quod Spiritus sanctus procederet ab utroque. Et non dubito quod, si proponeretur in concilio quid⁹⁸, non haberetur tanquam erroneum. Et hoc patet ex testimoniis

⁹⁴ Lo que está entre corchetes aparece en el msnucrito en el margen izquierdo.

⁹⁵ Lo que está entre corchetes aparece en el msnucrito en el margen izquierdo.

⁹⁶ Lo que está entre corchetes aparece en el msnucrito en el margen izquierdo y escrito de arriba ajajo. Además, lo escrito corresponde al fol. 53r. Pero parece que es aquí donde debe ser puesto en el cuerpo del texto.

⁹⁷ No está en el msnucrito el signo de interrogación.

⁹⁸ Ms. qui.

retro positis, praecipe ex Hieronymo in cap. haec est fides et adhuc patet ex sententia Nicholai papae. Et habetur 25. q. 2. cap. si quis, ubi dicit: Si quis dogmata vel, etc.

2.^a propositio est quod est haereticum hoc asserere. Patet. Quia quamvis haec testimonia habent magnam apparentiam, tamen possunt delarare et cum ecclesia romana sciat.

3.^a propositio. Haec asserere est temerarium. Patet ex supra dictis, *porque* magnam et maiorem auctoritatem habent Augustinus et Hieronymus et Bernardus, etc. Namque auctoritas est parisiensium. Et patet. Quia aliter sequeretur si summus pontifex posset errare quod fieret gravissima iniuria homini sola auctoritate pape damnatus. Patet. Quia est in re gravissima et confiscantur omnia bona, etc. [fol. 53v] y *queda distinguido, desorientado él y toda su parentela*, etc.

Et confirmatur quia iste si est defectus, non habet aliquem remedium in ecclesia. Patet. Quia a tempore apostolorum usque adhuc nunquam ecclesia retractavit aliquam sententiam pontificum. Ergo. Et 2.^o arguitur quia in ecclesia Dei passim occurrunt dubia et pericula circa fidem. Ergo sequitur quod Christus providit de remedio facili. Sed concilium generale non est facile remedium. Ergo tale remedium est ponendum in episcopo romano. Ergo.

Ad hoc respondet Lutherus quod facile remedium est sacra scriptura. Sed contra hoc arguitur *porque* de ipso sensu sacrae scripturae quem constituemus iudicem?⁹⁹ Profecto debemus ponere unum ceertissimum et firmum iudicem, et non est alius nisi papam. Ergo.

Ad primum argumentum respondetur quod forsan hoc impositum est Ioanni 22. Quia habuit multos inimicos. Et Castro in lib. de haeresibus verbo beatitudo, haeresi 6., non adducit nisi Adiranum. Sed in Beato Antonio 3. Parte titulo 21. cap. 6. in fine dicit quod aliqua dixit in publico quod sapiunt haeresim, *pero no dize que* propria, quod ita sit. Illa sententia est haeretica nunc, sed excusatur et forsan est deceptus propter auctoritatem Bernardi in sermone 2. Et 3.^o tradit illud Apocalipsis: Vidi sub altare Dei etc. [fol. 54r] Et eandem sententiam videtur tenuisse lib. 5. Adversus haereses in fine. Et Theophilactus idem videtur tenere in illo: Hodie mecum eris in paradiso. Sed nunc est haeretica illa sententia, ut patet ex concilio florentino sub Eugenio 4. Et etiam ex. de baptismo et eius effectum. Et sunt multa testimonia, ut patet etiam ex. de celebratione missarum cap. cum Marthae ultimo.

⁹⁹ No está en el msnuscrito el signo de interrogación.

Sed adhuc dantur aliae solutiones. Et dico quod illud Ioann. 22. Non dixit illud definiendo, sed ut doctor, et non ut summus pontifex. Patet. Quia si illud definisset tanquam papa, non obtinet gradum theologiae.

Ad 2.um ex Caelestino respondetur quod Caelestinus non dixit illud definiendo, sed in quantum doctor. Et sic potius fuit error personalis quam iudicialis. Et quod ita sit dicendum. Patet ex contextu *porque* dicit aliter senserit et non dixit definierit. Et etiam Innocentius non determinavit suam sententiam tanquam de fide, sed tanquam probabilior.

Ad 3.um eodem modo solvitur. Nam proponendo suam opinionem et nullo modo definiendo. Alia difficultas consurgit ex contextu Alexandri. Nam dicit hic, etc., Alii iudicaverint, ergo definierat. Sed respondetur quod illic iudicare accipitur pro sentire.

Ad 4.um vero Turrecremata habet lib. 2. de summa ecclesiae c. 112. Dicit quod nulla est contradictio in dictis pontificum, imo Ioannes 22. de [fol. 54v] Innocentio declarat id quod asseverat papa Nicholaus. Et dicit quod est haereticum dicere quod Christus non loquitur verbo et expresso. Vide illic. Nam utrumque docuit ut ibidem habetur.

Ad 5.um ex Innocentio respondetur quod Innocentius per quamdam persuasionem et congruentiam hoc dixit. Nam ex nomine ipso, dicitur, accepit hoc. Et omnia illis in figura contingebant, etc. Pro quo nota quod erant aliquae leges in veteri testamento qui conveniebant ad omnes, et illae etiam nunc possunt recipi, ut est etiam nunc: Qui occiderit, occidatur, etc. Et istae leges obtinent vim, non in quantum erant in veteri lege, sed quia [obligant]¹⁰⁰ ex nova obligatione sive sint ab ecclesia sive a iure civili.

Ad 6. ex Gregorio respondet Gratianus 32. q. 7. quod proposuisti. Dicit illic quod ista sententia Gregorii adversetur doctrinae angelicae et doctrinae apostolicae, sed non videtur hoc sit bene, quia eandem sententiam tenet Gregorius in epistola ad Thomam episcopum cantuariensem et reperies tomo 1.º conciliorum inter decreta Gregorii. Et uterque istorum fuerunt fructuosissimi et sapientissimi. Ideo non est credendum quod dixerint contra evangelium, sed illud quod dicunt intelligitur de muliere quod ante matrimonium non potest reddere debitum. Et habes hoc ex. de frigidis. Et vide cap. in literis et cap. consultatione.

[fol. 55r] Et Gregorius explicat sententiam suam ut habes 33. q. 1. cap. requisiti. Sed ad rationem respondetur quod potest respondi ex Victoria, videlicet, quia sapientibus et insipientibus debitor sum ad Rom. 1.º. Et 2.º et ratio est quia debet inquiri veritas priusquam propositio

¹⁰⁰ Lo comprendido entre corchetes etá en el margen izquierdo.

fidei determinatur. Et ideo inter sapientes reperitur veritas, ut habetur in Actibus apostolorum c. 15. de Paulo, quod pro se poterat determinare de legibus, tamen voluit ire ad Barnabam etc. Sed dices contra hoc. Sequitur quod non possumus esse certi de veritate qua determinat, *porque* possum dicere quod non sunt scrutati scripturas. Sed respondetur quod hoc spectat ad illum et specialem providentiam Spiritus sancti. Ad 2.am rationem iam ad hoc responsum est quod non datur illi propter sanctitatem, sed quia est vicarius Iesu Christi.

Ad 3.am rationem respondet Turrecremata in 4. libro suae summae 2.^a parte cap. 18. et 19. et 20. Dicit quod quamprimum papa est haereticus non est papa. Et ideo nego consequentiam. Sed tamen Caietanus in opusculo De auctoritate papae cap. 18. et 19. dicit quod papa haereticus non desinit esse papa donec deponatur ab ecclesia. Quia papa eligitur ab ecclesia, et etiam ad depositionem requiritur quod deponatur ab ecclesia. Et ideo dicit quod illum papam¹⁰¹ non providit Dominus, quod papa sit occultus in haeresi, etc.

[fol. 55v] Utrum papa possit errare in canonizatione sanctorum?¹⁰² Utrum sit haereticum hoc asserere?¹⁰³ S. Thomam in Quodlibeto 9. articulo ultimo. [S. Thomas dicit quod pie credendum est quod non potest errare propter rationes quas ibidem S. Thomas in Quodlibeto 9. art. ultimo adducit.]¹⁰⁴ Et est ratio quia per diligentem ecclesiae inquisitionem non potest errare et per instinctum Spiritus sancti non potest permittere quod erret. Vide a Castro ubi supra.

Sed utrum possit papa errare circa bonos mores, utrum possit errare in condendis legibus. Respondetur negative. Patet ex illa: Pasce oves meas. Nan pascere oves idem est quod ponere credenda sint vera. Et est discrimen inter determinationem eorum, quae sunt fidei et de legibus. Nam ea quae sunt fidei semper est verum et sic non posset illud renovari. Tamen leges, quia dantur secundum complexiones hominum atque temporis, etc., ideo oportet mutare leges, etc.

¹⁰¹ Ms. ille papa.

¹⁰² No está en el manuscrito el signo de interrogación.

¹⁰³ No está en el manuscrito el signo de interrogación.

¹⁰⁴ Lo colocado entre corchetes está escrito en el margen y en dirección de arriba abajo.

6. Domingo de las Cuevas. Ms. 20 (1551-1552)

[fol. 77r] [...] Dubitatur an solus papa sine concilio generali aut provinciali possit errare circa res fidei.

Omnes haeretici habent partem affirmativam. Et parisienses doctores. Et Adrianus 4. q. unica de confirmatione art. 3.^o circa finem. Et Gerson, tractatu de examine doctorum consideratione 1.^a et 2.^a. Et Almain, 3. dist. 24. q. unica dubio 6. circa finem.

Et probatur ista sententia 1.^o. Nicholaus 5. in extra vagante exiit qui seminat de verborum significatione lib. 6. dicit: Paupertas illa meritoria est, et magis meritoria, qua abdicatur donibus rerum in universali et particulari, quam Christus, inquit, docuit et verbo et exemplo. Contrarium habet Ioannes 22. in extra vagante inter nonnullos. Dicit quod contra evangelium est dicere quod Christus non habuit dominium in communi.

Praeterea. Idem Iohannes 22., ut parisienses attestantur definivit animas decedentes in gracia etiam puerorum non visurae sunt essentiam divinam usque ad diem iudicii. Hic autem est error in fide.

Praeterea. Probatur. Alexander 3. c. licet de sponsa duorum affirmat quosdam praedecessores pontificis definisse quod si quis contrahat clandestine per verba de praesenti non consummata copula, postea contrahat in facie ecclesiae et sequatur copula, dicunt multi pontifices quod standum est cum 2.^a. Hoc autem est error in fide, ut patet ex usu ecclesiae.

Praeterea. Innocentius 3. c. quanto de divortiis docet quod Caelestinus 3us. eius praedecessor, [fol 77v] quod sit matrimonium ratum et consummatum inter fideles et alter fiat haereticus, potest alius ad 2.^a vota convocare. Et habebatur aliquando in corpore iuris; id est, laudabilis in materia infidelitatis, ut docet Hostiensis c. quanto, supra allegato. Consequens tamen est falsum, ut habet c. Ioviniano.

Praeterea. Gregorius epistola ad Bonifacium lege iuravi Cum quaeretur a Bonifacio quid agendum esset viro si mulier in infirmitate corrupta non habet reddere debitum, respondet. Bonum est si sic permanere potest in bono abstinentiae. Sed quia hoc magnum est, si non potest continere, nubat. Hoc autem falsum est, ut statutum est in toto titulo de confugio leprosororum et ex usu ecclesiae. Et ut videas quod loquebatur ut papa et persona universalis, dicit qualiter teneat universlis ecclesia: Optime docuisti ex Deo cuius est.

Praeterea. C. per venerabilem qui filii sunt lege [fol. 78r] Innocentius 3.us dicit quod cum Deuteronomium secunda lex nuncupatur, ex vi vocabuli comprobatur quod etiam est in novo testamento observandum. Id autem est

haereticum, ut probabimus 1.^a 2.^{ae}. Et contrarium est definitum in concilio florentino.

Praeterea. Papa potest esse haereticus. Ergo errare circa fidem. Et probatur ex 6. synodo constantinopolitano. Damnatus est Honorius papa. Et c. Anastasius 1.^a. distinctione. Erat haereticus Anastasius qui voluit revocare haeresim Acatii et Fotini, et damnatus est a Gelasio papa. Consequentia probatur, quia idem est regula sui et obliqui.

Praeterea. Si proponamus quod sit in ecclesia controversia de aliqua haeresi et propositione erronea, et quod papa teneat illam propositionem, tunc ille poterat proponere illam propositionem toti ecclesiae ad credendum. Et confirmatur, quia tum ecclesia universalis periculose committitur uni homini qui potest multotiens peccare et deficiente in se.

[fol. 78v] Praeterea. Si papa non posset errare, maxime ex illo testimonio: Ego rogavi pro te ut non deficiat fides tua. Sed illo non probatur. Quia illud testimonium promissum est ecclesiae et non Petro. Ergo nihil quod non dicatur de papa. Quia si intelligitur de papa et de persona fidei, ergo eadem ratione intelligeres quod istum esset Petro non perdes prudenciam. Hoc autem est falsum. Quia sequeretur quod ponifex non posset esse haereticus, quod falsum est, ut probatum est supra. Ergo.

Et confirmatur. Quando dicta sunt illa verba, non erat magis episcopus romanus quam antiochemus; imo, duravit per 7. annos in Antiochia. Sed qui succedit Petro in Antiochia poest errare. Ergo qui succedit in Roma. Et etiam quia illa verba dicta sunt omnibus. Ergo omnes alii non possent errare.

Praeterea. Papa non potest errare. Concilium universale potest errare. Ergo frustra congregatur concilium. Praeterea. Plures pontifices habent quod papa est dominus temporalium. Alii tenent quod est dispensator. Ergo erratum est vel iis unis vel aliis.

Pro quaestione hac oportet 1.^o. attendere cum Aristotele lib. 16. primo. et sic c. 3.. in c. 3.^o. Metaphisici ingenii est in omnibus disciplinis quaerere eandem certitudinem et evidentiam. Unde in ecclesia christiana magna fides debetur auctoritatibus conciliorum, patrum et theologorum.

2.^o. Nota quomodo est magna differentia inter rempublicam civilem et ecclesiam. 1.^o. Quia civilis respublica habet auctoritatem in capite immediate in se. Tamen respublica ecclesiastica habet immediate auctoritatem in capite. Alioquin Petrus non esset vicarius Dei et Christi, sed ecclesiae esset.

3.^o. Attende contra Lutherum. In scriptura sacra est sufficientia. Et habet vel explicite vel [fol. 79v] implicite omnia quae pertinent ad gubernationem

ecclesiae. Tamen per ordinationem ad nostram infirmitatem non sat est habere scripturam, sed requiritur determinatio patrum. Et probatur, quia Arius et Photius et Pelagius erant homines bono ingenio et erraverunt in sacris literis. Ergo non sufficiebat scriptura sacra. Praeterea, quia si sufficit scripturam sacram, ad quid ponit Paulus ad Ephe. 4. doctores et rectores. Praeterea. [3.^a.]¹⁰⁵ Inter christianos est dubium in aliqua porpositione et de epistola Iacobi et Iudae.

Sed ut videamus an sint canonica, unde recurrendum est nisi ad decreta patrum et ad testimonia pontificum et concilia. Hanc conclusionem disputat Ioannes Rophensis a 1.^a veritae et art. 25. contra lutheranos.

[1.^a conclusio.] 1.^a conclusio. Sine controversia tenendum est quod papa potest esse haereticus. Et probatur ex Anastasio et Honorio.

[2.^a] 2.^a conclusio. In rebus quae non pertinent ad fidem et non falso [fol. 80r] potest errare papa. Lege Turremcrematam locis allegatis. Et probatur. 1.^o. Quia iste articulus: Credo sanctam ecclesiam, est credendus per fidem infussam, quatenus proponit nobis ea quae sunt credenda, ut probatum est articulo 1.^o. Ergo circa alia quae non spectant ad illam propositionem de fide, potest errare. Praeterea, ut dictum est in argumento, erravit Stephanus.

[3.^a.] 3.^a conclusio. Papa potest errare iudicialiter proferendo sententiam. V. g. ad summum pontificem veniunt aliquae lites. Si proferat solus, poterit errare. Et probatur. Quia in illo casu utitur publica potestate. Ergo poterit errare. Praeterea probatur ex Innocentio c. a nobis de sententia excommunicationis, ubi habetur: Iudicium Dei nec fallere nec falli potest; iudicium ecclesiae saepe fallit et fallitur. Ita d. Thomas quodlibeto 8. art. ultimo. Et Caietanus ubi supra.

[fol. 81r] 4.^a conclusio. Circa res fidei. Cum proponitur aliquid toti ecclesiae ad credendum cum omnibus circumstantiis requisitis. De quibus dicamus. Papa errare non potest et contrarium est temerarium et valde proximum haeresi. Istam conclusionem habet d. Thomas hic. Et illam habet idem Ioannis ultimo, et quodlibeto 8. art. ultimo. Et Caietanus. Et Turriscremata locis allegatis, praesertim c. 112. in 2.^o libro. Et b. Bonaventura 3. dist. 24. Et Rofensis art. 25. contra Lutherum. Et Driedo loco allegato. Et est sententiam unanimis omnium doctorum antiquorum et omnium sanctorum.

Et probatur ista conclusio. In veteri testamento non errabat sacerdos in requisito ad synagogam. Ergo multo minus in novo testamento. Et probatur antecedens. Proverb. 16.: Divinatio in labiis regis, in iudicio non errabit os eius. Et annotaverunt sancti, praesertim b. Augustinus Ioannis 11. quod Ca-

¹⁰⁵ Al margen, sin indicación.

yphas prophetavit nesciens quid diceret. Et ait scriptura: Cum esset pontifex anni illius.

Praeterea. Matth. 16.: Tu es Petrus et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam. Dicunt parisienses: Promissio facta est soli ecclesiae et non personae Petri. Tamen quod fuerit facta b. Petro probatur. 1°. Ratione d. Ieronimi ibi. Quia inquit Christus: Beatus est Simo Bar Iona; id est, filius columbae, ad ostendensam simplicitatem Petri. Et b. Augustinus lib. 1.º Retractationum c. 21. dicit quod de Petro intelligatur.

Et probatur. Quia si de Christo diceretur, non dixerat aedificabo, [fol. 81v] sed aedificavi. Quia Christus fuit fundamentum semper ecclesiae. Nec obstat quod b. Chrisostomus in illo loco inquit: super hanc petram; id est, super hanc confessionem fidei. Nam nos non negamus quod facta fuit illa promissio Petro quatenus habebat fidem Christi. Et illum sensum habet Chrisostomus, Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, d. Theophilactus. Unde colligo: Tota ecclesia univesalis non potest errare in fide et moribus. Tota autem ecclesia est fundata supra Petrum. Ergo Petrus deficere non potest. Quia si Petrus rueret, tota ecclesia rueret.

Et confirmatur Luc. 22., Rogavi pro te. Unde annotavit b. Chrisostomus te, quia loquebatur de fide Petri: Et tu es Petrus, et tu aliquando conversus. Et ita exponit concilium chaldedonense actione 3.^a. Et plerique pontifices, de quibus statim dicemus.

Praeterea. Probatur. Omnes causae ecclesiae, maxime quae sunt circa fidem, sunt ad summum pontificem deferendae. Ergo errare non potest. Consequentia probatur. Quia si errare potest incommode Christus deduxisset causas discernendi Petro. Antecedens probat Anacletus 3us. pontifex a Petro. Inquit: Omnes ecclesiae causae sunt deferendae ad sedem apostolicam. Cuius ratio est. Quia est caput ecclesiae, cui dictum est: Tu es Petrus et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam. Innocentius c. [fol. 82r] maiores de baptismo ex concilio lateranensi idem dicit. Et assignat concilium eandem actionem. Anacletus. Leo papa epistola 44. et 67. Et Victor papa epistola ad Ephesios. Et Iulius et Melchiades dicunt idem. Et confirmatur. Concilium nicaenum defert suas definitiones ad Sylvestrem. Et petit confirmationem, ut dicebat b. Ieronimus. Et Chrisostomus et sancti dicunt.

Praeterea. Probatur testimonio omnium sanctorum quos ego viderim. Et praeter citatos idem tenet Gregorius ad Eulogium episcopum Alexandriae, et b. Bernardus ad Innocentium 3.um.

Ad argumenta respondetur. Et ad 1.um. respondetur. Haereticum est dicere quod Christus non habiuit aliquid in communi. Et probatur Ioannis 4.:

Abierunt autem discipuli in civitatem ut cibos emerent. Et Ioannis 12. de Iuda: Fur erat et loculos habebat. Et Ioannis 13., quia dixit citius: Quod fac, fac citius, contra Iudam intellexerunt: Quod volebat Deus quod emeret cibos.

Et hoc definivit Nicholaus. Et Ioannes 22. Et in hoc non est contradictio. Sed attendendum est cum domino Caietano c. 13. et cum Turrecremata c. 112. in 2.º libro quod habere aliquid in communi expedit statui perfectorum porpter et iuxta circumstantias temporum. Et etiam nihil habere in commune. In particulari expedit etiam aliquando pro temporale etiam circumstantia. Non esset integrum, quia omnes [fol. 82v] mendicantes non haberent aliquid in communi. Propter infirmitatem et molestiam populi definierunt ergo pontifices: Pro certo tempore, cum mitterentur apostoli ad praedicandum, nihil debebant habere nec in communi nec in particulari.

Et ideo Matth 10. dixit illa: Ne portetis saculum, nec peram, etc. Et hoc docuit verbo et exemplo. Tamen alio tempore, quando erant in civitate, hic oportebat habere aliquid in communi. Unde non est contradictio.

Ad 2.um argumentum respondetur. Nullum testimonium habetur quod Ioannes 22. erraverit in ea re. Divus Antoninus 3. part. titulo 21. c. 6.º dicit in multis errasse Ioannes 22. Tamen etiamsi dicamus quod erravit. Maiores 4. dist. 6. dicit quod non erat papa Ioannes quando erravit.

2.º respondetur. Tempore Ioannis 22. non erat illa res omnio aperta in ecclesia quod animae viderent Deum. Dubitavit enim b. Bernardus sermone 4. omnium sanctorum, et Theophilactus Luc. 23., Hodie mecum eris in paradiso. Unde dic quod etiam dubitavit Ioannes 22. At vero cum palliavit illam conclusionem, non proposuit toti ecclesiae ad credendum. 1º. Quia fuit in publica contione. Papae autem non solent in contione proponere toti ecclesiae ad credendum. Praeterea. Quia quando praecipit praedicari illud, non praecepit sub anathemate.

[fol. 83r] Ad 3.um respondetur. Ex decisione Alexandri respondetur. Tenendum est tamquam de fide quod matrimonium illud primum non rumpitur per 2.um. Et de hoc non est dubitandum. At vero praedecessores Alexandri ut iudices privati, non ut proponentes toti ecclesiae ad credendum. Et hoc habetur ex verbis Alexandri dicentis: Quidam praedecessores aliter senserunt.

Et 4. respondetur. Tenendum quod non rumpitur vinculum per hoc quod alius recedit a fide. Sed Caelestinus sicut diximus de praedecessoribus Alexandri id proposuit toti ecclesiae ad credendum. Et probatur ex verbis Innocentii in illo c. 4. de divortiis. Quamvis, inquit, quidam praedecessor noster aliter sentire videatur. Et ita respondet Caietanus et Turriscremata.

Ad 5.um respondetur. Gratianus 32. q. 7. c. quod proposuisti putat Gregorium errasse contra Evangelium, tamen ego non ita sentio; imo, credo quod non erravit. Unde attende quod infirmitas inter coniugatos potest venire vel post contractum matrimonium, vel antequam contrahant matrimonium. Si superveniat postquam contraxerunt matrimonium, non rumpitur matrimonium licet quantum ad totum separatum. At vero si infirmitas sit ante contractum matrimonii et sit infirmitas quae impidat redditum, [fol. 83v] tunc in illo casu matrimonium nullum est. Unde b. Gregorius determinavit casum 2.um, non primum.

Ad 6.um argumentum respondetur. In veteri testamento erant praecepta moralia, iudicialia et caerimonialia. Moralia omnia sunt in novo testamento. Alia sunt mortua in veteri testamento et in morte Christi. Sed aliqui conveniunt quod in ecclesia suscitentur aliquae caerimoniae ab ecclesia, ut decimae. Et habent nunc valorem, non ex vi veteris testamenti, sed ex iure novi testamenti et ex vi illius. Et hoc est quod dicit Innocentius.

Ad 7.um respondetur quod non possumus negare quin papa possit esse haereticus. Negatur consequentia. Quod proponendo toti ecclesiae possit errare. Imo Augustinus negat illam consequentiam 1^a. q. 1.^a c. dictum est a Domino. Cyrilus annotavit de Caypha. Et dicit quod qualiscumque sit papa errare non potest. Et illam consequentiam negat etiam Agatho papa 10. dist. c. sic omnes.

Et ad probationem respondetur quod negandum est quod idem sit regula sui et obliqui secundum idem, quia est regula sui ratione liberae voluntatis. [fol. 84r] Sicut alii homines, sic respectu ecclesiae est regula officii. Et ad confirmationem respondetur admittendo nullam ecclesiae necessitatem quae sit necesse determinare, et quod papa sit haereticus. Tamen in illo casu Deus providebit ut non proponat toti ecclesiae ad credendum. Nec factum est unquam. Vel dico. Si per impossibile aliquid proponeretur, non errasset.

Ad 8.um respondetur. Et 1.^o attende pro solutione eius. Multa sunt promissa et data Petro et aliis apostolis quae transeunt in successores et in totam ecclesiam, et multa sunt data quae non transeunt. V. g. Petrus et omnes apostoli sunt confirmati in gratia. Id non transivit in successores eius. Similiter omnes ii a Petro habuerunt immediate specialem potestatem extensive supra alios. Id non transit ad successores.

At vero quod haberet plenariam potestatem in ecclesia successor Petri translatus est. Et similiter quod est etiam praelatus et quod esset pastor et errare non potest, translatus est. Et sic habemus ex necessitate ecclesiae, etc. Et fine, ex traditione sanctorum. Unde ad argumentum respondetur du-

pliciter. 1.º. Non est irrefragabiliter certum quod Christus promissit fidem Pedro.

Tamen probatur quod non possit esse haereticus. [fol. 84v] Unde concedendo maiorem nego minorem. Et ad probationem respondeo quod ibi non promittitur quod sit haereticus, sed quod non possit errare in proponendis rebus fidei. Vel 2.º respondetur concedendo quod Petro fuerit facta promissio. Negatur tamen quod transierit ad pontificem. Quia quod non posset errare in fide ex speciali privilegio, id tamen non erat necessarium ecclesiae ut postea non erraret. Unde dico quod non solum ex illo loco, sed ex multis aliis colligitur quod papa non possit errare in proponendis.

Et ad confirmationem respondetur quod quando facta est illa primissio Petri in quantum erat caput, et caput in se et in successoribus in perpetuum duraturum erat. Tamen perpetuo duraturum non in ecclesia Antiochiae, sed in ecclesia romana. Atque ideo promissio transit in successores romanos. Non habebitur haeresis.

Ad contrarium argumentum respondetur quod papa errare non potest proponendo totae ecclesiae et in definiendis rebus fidei. Ergo superflue congregatur concilium. Negatur consequentia. 1.º. Quia papa poterit errare si no facit examinationem, et quia in concilio generali congregantur homines literatissimi, ideo congregatur concilium.

Praeterea. Quia patres in concilio sunt iudices et habent veras voces definitorias, et ideo diximus quod etsi immediate Petro omnibus assistit, tamen et nobis dicebat Iacobus: Propter quod ego iudico. [fol. 85r] Ut ergo populus rudis et sapiens libentius suavius recipiat decreta ecclesiae, optimum est fiant concilia generalia. 3.º. Ob solemnitatem iudicii congregatur concilium. Nam solemnitas et manifestatio atque multitudo tribunalium multo facit.

Sed est dubium, quia postquam in concilio generali requiritur examinatio, unde habetur quod illa revelatio est sufficiens et sine errore. Respondetur. Antequam proponatur aliquid in ecclesia ad credendum et antequam recipiatur aliquid ecclesiae ad credendum et antequam recipiatur in examinatione, est certitudo ordinis moralis quod examinatores non errant. Quia illi faciunt illo bono zelo. Sed postquam definita est conclusio et recepta ab ecclesia, iam indubitanter est habenda de fide.

Praeterea. Dubitatur, quia si papa potest facere statuta et decreta fidei. Ergo potest obligare successorem et se. Ergo par im parem habet imperium. Respondetur. Papa cum concilio aut papa per se duo possunt facere, aut leges et decreta humana. 2.º. Possunt facere decreta fidei de primis statutis. Nec totum concilium cum papa nec papa solus ligat se, nec succesores. Sed

potest papa leges illas tollere et in eis dispensare. Nam loquendo de decretis fidei dico quod illa decreta obligant, et papam et [fol. 85v] successorem. Illa autem potestas non est propria. Sed obligatur et obligant successores ratione assistentiae Spiritus Sancti.

Ad postremum respondetur quod quidam dicunt quod papa est dominus. Alii dicunt quod papa non est dominus. Et ab aliquibus est erratum. Respondetur. Utrumque est verum. Et papa est dominus, et quod papa non est dominus. Sed divesimode, quia papa non, quia papa est, efficitur dominus verus bonorum ecclesiasticorum, et si sine causa tolleret aliquod beneficium factum non licet.

Caeterum. Habet dominium temporalem rerum et spiritualium in tempore necessitatis et per ordinem ad finem spiritualem, ut quando aliqua civitas est contra finem spiritualem, potest papa tollere illud regnum.

Dubitatur an decreta pontificum facto examine et decreta concilii generalis simul cum capite sint sacra scriptura. Et probatur pars affirmativa. 1^a. Totum illud c. Actorum 15. est sacra scriptura, sed bona pars est determinatio concilii. Ergo concilium est sacra scriptura.

Praeterea. B. Augustinus c. in canonicis dist. 19. dicit quod scripturae patrum quae recipiuntur in ecclesia sicut canonicae. [fol. 86r] Si ergo sunt canonicae, videtur quod sunt scriptura sacra.

Praeterea. Innocentius c. cum Marhae de celebratione missarum dicit: Scriptura dicit: Iniuriam facit martyri qui orat pro martyre. Sed ista propositio non est in sacris literis, sed in conciliis et in pontificibus. Ergo sacra scriptura est decreta concilii aut pontificum.

Praeterea. Scriptores sacri aliquando scribunt more humano. Et tamen sunt sacra scriptura. Ergo etiam si concilium et papa procedunt more humano, tum possunt facere sacram scripturam. Praeterea. Spiritus Sanctus assistit illis decretis sicut sacris scriptoribus.

Respondetur. Non sunt sacra scriptura ut emanat de concilio proprie loquendo. Et probatur. 1.^o Quia concilium non habet interiorem revelationem. Praeterea. Sanctitas ecclesiae nunquam recepit concilia tamquam scriptura sacra.

Unde ad 1um. concedo antecedens. Non est sacra scriptura quia determinatum sit in concilio, sed quia scriptum est solum. Ergo. Admodum multa verba b. Petri sunt in epistola Clementis quae habebat Petrus ex revelatione.

Ad 2.um respondetur quod Gratianus erravit in decisione. Arguitur. Quia ille locus habetur. Est in 2.^o libro de doctrina christiana c. 8. [fol. 86v] Et li-

cet illi locus sit difficilis, tamen habet istum sensum, quae scripturae patrum quae recipiuntur in ecclesia habent maiorem auctoritatem. Ergo a pluribus et gravioribus recipiuntur. Et similiter illae quae non recipiuntur ab ecclesia. Illae habent maiorem auctoritatem, quia a sapientibus recipiuntur. Appellat ergo illas scripturas canonicas, quia sunt canones et regulae in ecclesia, non quia sit sacer liber. Innocentius autem improprie usus est illo vocabulo. Sed usus est illo modo Gregorius ad modum loquendi hominum, quia auctores sunt sancti.

Ad 3.um argumentum indiderat maxime Erasmus. Dicit quod scriptores sacri in rebus minimis errare possunt in scriptura sacra, vel lapsu memoriae vel alio modo. Et probat, quia miracula quae viderunt propriis oculis apostoli, ut scriberentur nullam indigebant revelationem. 2.º. 1.^a ad Cor. 7. dicit Paulus: Praecipio non ego, sed Dominus. Et statim: Dico ego, non Dominus. Si ergo ipse dicit et non Dominus, poterat errare. Quia homo potest errare.

Respondetur tamen. Haereticum est dicere quod scriptores sacri possunt errare, vel in [fol. 87r] minimis rebus. Et probatur Ioannis 14., Ipse vos docebit omnia et suggeret vobis omnia. Praeterea. Illud est contra sententiam omnium sanctorum et contra totam ecclesiam. Praeterea. Probatur argumento b. Augustini, quia non crederemus toti libro, quia non est maior ratio de uno quam de alio.

Ad 1.um. respondetur circa miracula et circa res ipsas quas viderunt apostoli etiam propriis oculis erant etiam assistentia interior Spiritus Sancti et motus divinus ne errarent.

Et ad 2.um. respondetur quod in illo c. 7.º multa dicuntur a b. Paulo quae erant aliis dicta et promulgata collegio apostolorum, sicuti dixerat quod non licet viro dimittere uxorem propriam. Alia erant quae non erant dicta, nec promulgata voce exteriori, ut illud quod dissolvitur matrimonium si alter nolit inhabitare sine iniuria salvatoris. Igitur. Quando dicit: Non ego, sed Dominus, intelligit iam est et promulgatum. Tamen precipio ego, non Dominus intelligitur, quia non erat aliis promulgatum. Et ita exponit b. Thomas 1ae. ad Cor. 7.º testimonium 2.um. Unde in fine capitis habetur: Ego autem spiritum habeo.

Ad aliud 4. argumentum principale dico assistit Spiritus Sanctus concilio [fol. 87v] proponendo, non tamen revelando. Unde non assistit concilio sicut scriptoribus.

Tamen contra hoc est argumentum. Nos assentimus determinationibus conciliorum per fidem infusam. Ergo est scriptura sacra. Quia nihil credimus per fidem infusam quod Christus descendit ad inferos et quod habuit duas voluntates. Illae autem non sunt nisi definitiones pontificum. Ergo.

Ad hoc respondetur. Ecclesia regulariter loquendo, quando definit aliquam propositionem definiendam de fide invenit vestigium in sacris literis. Concilium nihil aliud facit nisi proponere illud esse revelatum a Deo. Unde assentimus illi per fidem infusam.

Dubitatur an papa possit errare circa mores. Et probatur pars affirmativa. Summus pontifex peccat aliquando vitio sinominae aut alterius. Ergo circa mores potest errare. Praeterea. Si non posset errare, esset ex illo Luc. 22.: Ego rogavi por te ut non deficiat fides tua. Sed ibi loquitur de fide, non de moribus. Praeterea. Vel id quod determat circa mores est [fol. 88r] contra fidem vel non. Si 1um., iam est de fide. Quia est haereticus si 2um. Ergo. Etiam si non credamus, non erimus haeretici. Ergo potest errare.

[1.^a conclusio.]¹⁰⁶ 1.^a conclusio. Errore personali potest errare circa mores. Et probatur argumento facto. Praeterea. Potest esse haereticus errore personali. Ergo potest errare.

[2.^a conclusio.]¹⁰⁷ 2.^a conclusio. Proprie loquendo et ad sensum theologorum papa non potest errare circa mores. Et contrarium est error in fide. Unde dico quod si proponerat papa toti ecclesiae aliquid esse virtutem illud est vera virtus et illud est honestum. Et in hoc non potest errare. Similiter si proponat aliquid esse vitium. Et hoc appellatur non errare in moribus.

Et probatur. 1.^o Ioannis 14. et 15., Ille vos docebit omnem veritatem. Et praeterea probatur. In ecclesia tam necessaria est doctrina morum quam doctrina fidei. Sed in doctrina fidei non potest errare. Ergo nec in doctrina morum. Probatur maior. Quia sicut habetur ad Hebr. 11., Sine fide impossibile est placere Deo, ita habetur Iacobi 2.: fides sine operibus mortua est.

Praeterea. Pastor in sacris literis est necessarius in ecclesia, ut patet Iannis 10. et ultimo: Bonus pastor animam suam pro ovibus suis. Quod non praeciperetur nisi esset necessarium. [fol. 88b] Sed pastoris est errare circa fidem vel non errare. Ergo non potest errare. Unde de hoc 2.^o modo. Haereticus esset qui diceret illum posse errare. Unde ad 1um. iam patet solutio. Concedimus errore personali posse errare.

Ad 2um respondetur. 1.^o Non habetur praecipue ex illo testimonio, sed ex aliis, Ioannis ultimo et 10., et ex testimoniis omnium sanctorum, et ex illo quod subditur in illo testimonio: Et portae inferi non praevalerunt adversus eam. 2.^o respondetur. In sacris literis potest ostendi omnem virtutem esse virtutem et omne vitium esse vitium. Ergo errare circa mores ad sensum 2um. et errare circa fidem. Et pro hoc patet solutio ad 3. argumentum.

¹⁰⁶ Al margen, sin indicación.

¹⁰⁷ Al margen, sin indicación.

Dubatur an papa possit errare in canonizatione sanctorum. D. Antoninus 3. p. tit. 12. c. 8. movet hoc dubium. Et videtur inclinare in partem affirmativam. Et illam habent omnes moderni in libro allegato. Et probatur. 1.º. Quia omnia testimonia quibus ascribitur vita et mores, sunt testes humani, et sunt concives vel cognati. Praeterea. Quando diceret b. Catharinam non esse in caelo, non esset haereticus. Ergo illa [fol. 89r] non est de fide.

Praeterea. Probatur testimonio Augustini. Multi sancti venerantur in terris quorum corpora cremantur in inferno. D. Thomas Quotlib. 8. art. ultimo tenet quod pie credendum est quod papa errare non potest in illa ascriptione sanctorum. Et illud habet Caietanus et Turriscremata, et omnes thomistae, et Castro de iusta haereticorum punitione lib. 1.º. c. 6. Et licet contraria sententia non est haeretica, tamen mihi probabilior est; scilicet, b. Thomae.

Probatur. 1.º. Non potest errare circa mores. Hoc etiam alii quo modo pertinet ad mores. Praeterea. Probatur c. cum Marthae de celebratione missarum ferme in fide: iniuriam facit martyri qui orat pro martyre. Praeterea. Probatur ex c. venerabili de testibus, ubi fit examinatio, quia nunquam apparuit error.

Unde ad argumenta respondetur quod omnes testes licet sint homines, tamen nisi magnis miraculis non ascribitur. Et ad aliud respondetur quod illud potest comprobari in sacris literis. Ad 3um. respondetur. Probe dixerunt sancti propter eos quando existimantur sine canonoizatione.

Dubatur unde cognoscemus quod papa determinat [fol. 89v] aliquam conclusionem de fide vel non.

Respondetur. 1.º. Non sufficit ut aliquid sit haereticum vel verum ut proponatur toti ecclesiae ad legendum. Et probatur ibi. Quae legimus in ecclesia aliquando sunt viri infimae classis et sine auctoritate. 2.º. Dico quod non sufficit quod ponatur in corpore iuris; imo, aliqua sunt falsa. 3.º. Dico cum Caietano in c. 9. et 8. illius opusculi. Tunc cognoscemus aliquam conclusionem esse de fide quando in instanti ecclesiae necessitate congregatur concilium de aliqua speciali re. Et postea proponitur ecclesiae ad credendum.

Praeterea. Quando dicit concilium: Qui hoc dixerit, anathema sit. Quam regulam observavit concilium milevitanum apud Pelagium. Praeterea. Quando dicitur sub, in determinatione haeresis tenetur.

Dubatur an postquam concilium potest definire res fidei et morum, quam regulam debet sequi concilium et papa.

Ad hoc dubium dicunt germani. Si proponat papa aliquando propositionem ad credendum quae non sit [fol. 90r] expresse in sacris literis, non debet credi. Haec Lutherus.

Et probatur. Deuteronomio 14. praecipitur Moysi et filiis Israel ut si sit aliquod dubium, eat ad sacerdotem ut definiat secundum legem. Praeterea. Probatur. Omnia quae sunt in mundo excepta divina revelatione sunt fallibilia. Ergo sola scriptura sacra est regula. Praeterea. Nos concessimus superius quod concilium et papa nullam habent revelationem. Sed ubi non est revelatio non potest esse propositio de fide. Ergo.

[1.^a conclusio.] Pro quaestione sit 1.^a conclusio. Christus nullum evangelium scripsit de se ipso; imo, non mandavit apostolis ut manerent literis. Unde Paulus 2.^{ae} ad Cor. 3., Epistola nostra vos estis scripta in cordibus vestris.

[2.^a] 2.^a. Ecclesia prius tempore fuit quam scriptura sacra, quia ut docet Theophilactus in prologo supra Matthaeum scripsit Matthaeus 8. annis post ascensionem et Ioannes 32. annis. Certum autem est quod in puncto mortis Christi erat ecclesia, non tamen scriptura.

[3.] 3.^a. Ecclesia est iudex scripturae sacrae et licet hoc negent lutherani, probatur 1^o. Arius in suam haeresim extraxit [fol. 90v] 42. testimonia, et Sabellius 30., et Lutherus infinita. Utrum sint vera in illo sensu necne, ecclesia determinat. Ergo est iudex et regula sacrarum literarum. Praeterea. Quia nesciremus hoc esse evangelium nisi ecclesia diceret. Ergo est iudex.

[4^a] 4. Multa sunt de fide quae tenemur credere quae non sunt expresse in sacris literis. V. g. b. Virginis virginitas sempiterna non habetur licet habeatur quod fuit virgo. Et ista forma sacramenti: Ego te absolvo a peccatis tuis, non est expressa in sacris literis. Imo vero dico. Multa sunt quae habentur de fide quae nec formaliter nec virtualiter possunt excipi in sacris literis. V. g. illa verba: Novi et aeterni testamenti, mysterium fidei, in consecratione calicis, non habentur. In cap. cum Marthae de celebratione missarum habetur. Unde Paulus 2.^{ae} ad Tessal. 2.^o, Tenete traditiones meas quas tradidi vobis, sive per sermonem sive per epistolam.

[5.^a.] 5.^a. Nos credimus illis quae non sunt in sacris literis quia ex traditionibus apostolorum et Christi de manu ad manum pervenerunt ad nos usque.

[6.] Necessarium est concilium examinare sacras literas. Et ita factum est in omnibus conciliis a principio ecclesiae nascentis.

[7.] 7. Ecclesia verum est quod non habet aliquam revelationem de novo, sed olum habet assistentiam Spiritus Sancti. Nam si haberetur aliquam revelationem, iam illa revelatio esset sacrae literae.

[8.] 8. Etsi non habeat revelationem, semper definit ex aliqua revelatione. Et probatur, quia assentimus illis per fidem. Ergo est revelatio, quia assensus fidei solum terminatur ad revelanda.

[9.] 9.^a propositio. Ecclesia non solum debet sequi scripturam sacram. Et probatur. Quia multa sunt revelata quae pervenerunt ad nos de manu ad manum.

[10.] 10.^a. Ut cognoscat ecclesia quae sunt illa quae venerunt ad nos ex traditione Christi et apostolorum, oportet videre traditiones patrum antiquorum, eorum praesertim quando fuerunt tempore apostolorum.

[11.] 11. Si consensus omnium sacntorum conveniret in aliqua auctoritate sacrae scripturae, abunde satis esset [fol. 91v] ut ecclesia proponeret.

